# AVSONII PEONII POETAE DISERTISSIMI EPI GRAMMATA.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Vlius Aemylius Ferrarius Nouarienſis: Magnifico Ambroſio
Variſio Roſato: philoſopho præſtãtiſſimo: Ducali phyſico pri
i marío & patrono ſuo optio. S. Decii Magni Auſonii poetæ car/
men mancum & mutilatum cum euoluerẽ una cum doctiſſimo
poeta Io. Stephano Cotta. uiro patricio & a ſecretis ſenatus uno
deprauatumq; codicem librarioꝝ inſcicia offendiſſem: pro uirili pte emẽdaui
caſtigauiq;: ut impreſſoribus traderem. Et ſi plæriſq; in locis coniectore ædi/
po opus fore: nec nr̃o ingenio nr̃aq; doctrina emendari poſſe ſcio. Cogitanti
igiť mihi liminari paginæ Epiſtoliũ noſtrum una & Auſonii uitã annectere
unus Ambroſii philoſophoꝝ eminentiſſime quẽ pcipue hoc munere dignũ
exiſtimarẽ mentem ſubiiſti: q ingenio: uigilãtia: doctrina: & fide: ætatis nr̃æ
non mõ inſubriũ uerum totius italiæ (quod bona cũ cæteroꝝ uenia dictũ ue
lim) phyſicos & aſtronomicos antecellis. Q uis. n. in ſoluendis philoſophiæ
nodis te acutior & pitior? Q uis uerius fata pſcruit ac uentura denuntiauit?
Q uis fide & uigilantia te illuſtrior? Taurũ. n. uirtutum citari teſtes poſſent
priuati & publici: Veꝝ unus oculatus teſtis extra oẽm ingenii aleã cordatiſ/
ſimus Princeps Ludouicus Maria Barii Dux: & excellẽtiſſimi principis nr̃i
Io. Galeacii patruus & ϖροΔικοσ ut græce loquar ac regni gubernator ſuf
ficiet. Q ui ruituꝝ imperium non ſolũ armis: ueꝝ ingenio præſentaneo: pru
dentia: comitate: intrepide ſuſtinuit. Apud quẽ gratiam auctoritatẽ: rẽ pari/
ter honeſtã tibi cõparaſti: Non iniuria profecto. Nã ut Aeſculapius Hippo/
lytum: aut Tyndaridã. Sic tu unus pæonia ope & uigilãtia a tenebris ad lu/
cem cordatiſſimũ principem reuocaſti. Proh ſuperi quantũ hæc patria: uni
uerſaq; Italia tibi acceptũ referre debet: patriæ parentẽ: belloꝝ moderatorẽ:
pacis Italicæ auctorẽ incolumẽ diis auſpicibus ab imminenti exitio ſeruaſti.
Q uis. n. graui & lœtali morbo implicitũ melius diſſoluere potuit quã tu am
broſi: q abditaꝝ & morbos cõtinentium cauſarum deinde euidentium. Poſt
hæc ẽt naturalium actionum nouiſſime partium interiorum noticiã habes?
Q uis ab inſidiis hoſtiũ arcere tutumq; præſeruare potuit: niſi qui aſtrono/
micus & reꝝ futurarum ſcientiam calluerit? Vna & tota quidẽ tua ẽ aſtrolo
gia: in qua ſolus regnas: omneſq; tibi cedãt aſtronomici ueteres q; phſyici caſ
ſii: Carpitani: aruntii: albutii: Rubri: antonius muſa: et crinas ille maſſiliẽſis
qui arte geminata: ut cautior religioſiorq; ad ſyderum motus ex ephimeride
Mathematica cibos dando horaſq; obſeruando claruit. Nec aliaꝝ optimarũ
artium et doctrinaꝝ expers. Tu poeticæ facultatis et hyſtoriæ ſcientiſſimus
tu in genere dicẽdi grauis et ornatus q; philoſophiæ et aſtronomiæ tua mo/
numẽta: quæ breui editurus poſteris legẽda relinqueť: declarabũt. Nec pro
ciniũ tuum cõticeſſere licet qd oppreſſis ac iniuſte uexatis eruditis oibus ma
xime pſtas: cuius nec ego exps: et quẽ totiens ab ærumnis et laboribus pene
herculeis exoluiſti: Iouẽ nõ ſolũ beniuolũ ſed ꝓpitiũ immo ꝓpenſiſſimũ mi
hi reddidiſti: q nup profitẽdi munere cũ honeſtiſſimo ſalario me dignatus ẽ.
Ad ſummã oia et corpis et fortunæ bona tibi debeo. Tantũ. n. tibi debeo quã
tũ nunq̃ pſoluere potero. Tuã incredibilẽ in me hũanitatẽ uel potius pietatẽ
nunq̃ diſſimulabo: q me dolore lateꝝ laborantem uel pleureſi (ut uocabulo
græco utar) qd iã acceptũ medici habẽt ſalutare; thoro aſſidere: me comiter

aſtari: in aduerſis cõſolari: Medicã opẽ adhibere nõ erubuiſti. Vna cũ Aloy
ſio marilião phyſico ætate nr̃a celeberrimo: q hippocratis iuſiurandũ exactiſ
ſime mecũ obſeruauit inuiolatũ. Continentiã: Grauitatẽ & frugalitatẽ: & in
oĩ re modeſtiã tua oẽs ita admiranť ut priſcorum romanoꝝ exẽplo te uiuere
oẽs credãt: exiſtimẽtq; facilius eſſe fulmẽ Ioui aut clauã herculi q̃ ambroſio
cõtinentiã extorſiſſe. Vnũ iis oibus accedit inter mortales æuo nr̃o rariſſimũ
qd liberos tuos oẽs optimis artibus & diſcipliuis in Ticinenſi gymnaſio ſub
Platonibus & lycurgiis ita inſtituis: ut ariſtophanis dictũ de Aeſculapio tibi
optie quadret: liceatq; nobis mutato noie exclamaŕ ευϖαιΔα και μεγα βροτοιςι φεγγοσ αμβροσιοσ. hoc ẽ hñtẽ bonos filios & magnã hoibus lucẽ
ambroſiũ. Iẽ ad auſoniũ nr̃m redeamus quẽ tãto lepore et ſalibus atticis lati/
iſq; inſpſum Pedoni: Getulico: Marſo: Bilbilitanſi deniq; uati ꝑponẽdũ con/
tenderẽ: ſi maxia ps poematis nõ delyderareť: cuius uitã ex eius libris et epi/
cedio ſummati collegimꝰ: adiecimuſq; ex catalogo illuſtriũ urbium nõnulla
excerpta epigrãmata quæ Georgiꝰ Merula polyhiſtor pceptor noſter et pri
mariꝰ dicẽdi artifex ĩ bibliotheca diui euſtrogii primꝰ idagauit. Auſoniũ igiť
phyſicũ phyſico merito dicauimus: quẽ ſi ſucceſſiuis opis euolueris nõ parũ
uoluptatis et fructus tibi allaturũ ſpero. Vale: præſidiũ et dulce decus meũ.

Decii Magni auſonii pæonii poetæ lepidiſſimi uita.

d Ecius Magnus auſonius phyſicus et poeta natione Gallus: Burdiga/
lã patriã habuit q̃q̃ in Epicedio inuere uideať uaſſatẽ fuiſſe cũ inqt
Vaſſates patria ſed lare Burdigalẽ: nr̃æ religionis obſeruãtiſſimꝰ cultor: qd
eius uerſus paſchales indicãt: Q uo tpe qbuſue parẽtibus natus ſit: aut qbus
pceptoribus inſtitutus nõ liqdo cõſtat. Sub ualẽtino: gratiano: ualẽtinião et
ualẽte diuis Auguſtis claruit. Magis tñ ſub gratião floruit. Auſonium gratia
nus pceptorem hũit: a quo ad conſulatũ uſq; euectus ẽ: q; in gratiaꝝ actione
elegãtiſſima ꝓ cõſulatu idẽ teſtať; Cõſulatus auſonii meminit ꝓſper in chro
nicis: Cũ inqt auſonio et olibrio cõſſ. ubi impiti Muſonio legũt cũ auſonio le
gendũ ſit: uictu atq; hitu parcus: mediocri pr̃imonio cõtentus: latio ſermõe
ꝓmptus: cui atticus nõ parũ eloquii adiecit pæoniã opem gratuitã petẽtibus
nũq̃ recuſauit: litibꝰ abſtinuit: bonoꝝ uitã nũq̃ dilacerauit: Cũq; ad irã prõ/
ptus: motus tñ prios cõdere ꝓperabat: unica cũ uxore qntũ et q̃dragesimũ
annũ ſine crimie uitã ægit: ex q̃ liberos tris: maximũ. ſ. et Heſperiũ cũ ſorore
una ſuſcepit. Natu grãdior maximus: gallis: libyæ et latio pfectus. Heſperii
in ꝓtreptico meminit: Filiã mr̃onali uidualiq; hoẽſtate cõſtitutã: maximi na
tũ et generꝝ ꝓconſules uidit. Honores nec affectauit: nec detrectauit: magni
tñ illyrici pfectus nũcupatus. Vbi fortunæ bõis in duplici curia gratiani. ſ. et
Valẽtiniani impatoꝝ affluxit: ab adorato numie cõmeatũ petiuit: ſpẽ: uota
timorẽ purpuratis relinquẽs: Nonageſimũ annũ erectus: et nullo dextrã ſub
eunte bacillo exegit. Symachũ et Paulũ inter familiares habuit: et Gregoriũ
quendã: ad quẽ faſtoꝝ libros ſcripſit. Nõnulli Gregoriũ Auſonii filinm arbi
traní q; in epiſtola quæ incipit An unq̃ uidiſti nebulã pictã: in calce inqt: ua/
le: et dilige parentem græcos auctores imitatus ẽ; quorum epigrãmata mul/
ta e græco in latinum tranſtulit: et ſi auctorum nomia ubiq; diſſimulat. Hæc
ſunt quæ de Auſonii uita ſtrictim congeſſimus. A ii

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Decii Magni Auſonii pæonii Poetæ lepidiſ· atq; feſtiui epigrãma-
ton dimidiatus liber.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Proœmium | Phœbe | | |
| Epigramma ad fontem danubii iuſſu Valentiniani Auguſti | Illyricis | e. | i. |
| Sub ualentini iunioris ſigno mar. | Nunc | e. | ii. |
| Picturæ ſubditi. Vbi leo una a Gratiano Sagitta occiſus eſt. | Quod | e. | iii. |
| In tumulum hominis fœlicis | Sparge | e. | iiii. |
| Exhortatio ad modeſtiam | Fama | e. | v. |
| In ſtatuam rhetoris ſemiuiri. | Rhetoris | e. | vi. |
| In libro. Quem de Faſtis compoſuerat ad Gregorium | Ignota | e. | vii. |
| In fine eiuſdem libri additi | Hactenus | e. | viii. |
| De eodem faſtorum libro | Vrbis | e. | viiii. |
| Ad fontem danubii iuſſu ualẽ.aug. | Danubius | e. | x. |
| De uxore que uiq; uoluit nemo necare | Toxica | e. | xi. |
| In pictorem q uolebat pingere deã echo | Vane | e. | xii. |
| In ſimulachrum occaſionis & penitẽtiæ | Cuius | e. | xiii. |
| Epitaphium anitiæ puellæ | Omnia | e. | xiiii. |
| Ad gallam puellam iam ſeneſcentem | Dicebam | e. | xv. |
| De lepore capto a cane marino | Trinacrii | e. | xvi. |
| De pergamo ſcriptore fugitiuo | Tam | e. | xvii. |
| De myrone q laidis noctem roga. | Canus | e. | xviii. |
| De opiniõe quã de illo habebat eius uxor | Laidas | e. | xix. |
| Ad uxorem ſuam | Vxor | e. | xx. |
| In meroen anum ebrioſam. | Qui | e. | xxi. |
| Ex græco traductum de ſtatua nemeſis | Me | e. | xxii. |
| Ex græco traductum | Qui | e. | xxiii. |
| De trhaſybulo lacedæmonio | Excipis | e. | xxiiii. |
| Ex græco traductum | Mater | e. | xxv. |
| In diuitem degenerem | Quidam | e. | xxvi. |
| Verſus in ueſte contexti | Laudet | e. | xxvii. |
| Antiſthenis cynici | Inuentor | e. | xxviii. |
| Libero patri | αιγυϖτιων | e. | xxviiii. |
| In corydonem marmoreum | αιξ | e. | xxx. |
| In ſimulachrum ſaphus | Leſbia | e. | xxxi. |
| Deæ Veneri | Orta | e. | xxxii. |
| Ad libellum ſuum | Si | e. | xxxiii. |
| De nomine cuiuſdam lucii | Lucius | e. | xxxiiii. |
| De ſabina textrice | Siue | e. | xxxv. |
| De eadem ſabina | Litia | e. | xxxvi. |
| De puella quam amabat | Hanc | e. | xxxvii. |
| De duobus fratribus | χρηςοσ | e. | xxxviii. |
| Quoddam quaſi enigma. | Tres | e. | xxxix. |
| Ad philomuſum | Emptis | e. | xl. |
| In tabula ubi erat | Elinguem | e. | xli. |
| De eodem ruffo | Reminiſco | e. | xlii. |
| De urbis eiuſdem ruffi | Ruffus | e. | xliii. |
| De imagine ruffi | Ore | e. | xliii. |
| De eadem ruffi ſtatua | Rhetoris | e. | xlv. |
| De glautia imatura | Læta | e. | xlvi. |
| In diogenis cynici | Dic | e. | xlvii. |
| De effigie regis crœſi | Effigiem | e. | xlviii. |
| In ſignum marmoreum | Viuebam | e. | xlix. |
| De palla de uolẽte certare. | Armata | e. | l. |
| De laide dicãte ueneri | Lais | e. | li. |
| De imagine ueneris | Verba | e. | lii. |
| In buculã æreã myronis | Bucula | e. | lii. |
| De eadem bucula | Verba | e. | liiii. |
| Ad dedalũ de eadẽ buc. | Dedale | e. | lv. |
| De eadẽ myronis bucula. | Aerea | e. | lvi. |
| De eadem bucula | Aerea | e. | lvii. |
| Ad taurũ de eadẽ bucula | Quid | e. | lviii. |
| De eadẽ myronis bucula. | Necdum | e. | lix. |
| De eadẽ bucula myronis. | Vnam | e. | lx. |
| Ad pithagorã de myrõis. | Pithagora | e. | lxi. |
| De caſtore fellatore | Lambere | e. | lxii. |
| Subſcriptũ picturæ | Præter | e. | lxiii. |
| De achilla | Abiecta | e. | lxiiii. |
| De alcone | Languenti | e. | lxv. |
| De eodem alcone | Alcon | e. | lxvi. |
| De eunomo medico | Languentẽ | e. | lxvii. |
| In eunum liguritorem | Fune | e. | lxviii. |
| Ad eundem eunum | Salgama | e. | lxix. |
| Ad eunum | Eune | e. | lxx. |
| In eunũ pædagogum | Eunus | e. | lxxi. |
| In eos q dicũt nõ ẽ la inũ. | Qui | e. | lxxii. |
| Ad criſpam | Deformem | e. | lxxiii. |
| Qualẽ hrẽ uult amicã | Sit | e. | lxxiiii. |
| Ex græco traductum | Hoc | e. | lxxv. |
| Ad dionem | Aut | e. | lxxv. |
| Ex græco | Incipe | e. | lxxvi. |
| Ex græco | Gratia | e. | lxxviii. |
| Ex eodem | Si | e. | lxxix. |
| De quadam potione | Dodra | e. | lxxx. |
| De eadem potione | Dodra | e. | lxxxi. |


VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

| | | | |
|---|---|---|---|
| De eadem | Δολρι | e. | lxxxii. |
| De iuriſconſulto | Iuriſconſulto | e. | lxxxiii. |
| Ad quendã qui leuia | Inguina | e. | lxxxiii. |
| Ad zoilum | Semiuir | e. | lxxxv. |
| Quod erit exercitiũ iuue. | Incipiant | e. | lxxxvi. |
| Ad marcum amicum | Hanc | e. | lxxxvii. |
| De chreſto | Germani | e. | lxxxviii. |
| Pulchꝝ dei reſponſum | Doctus | e. | lxxxix. |
| Michobarbaꝝ liberi pr̃is | Ogygiæ | e. | xc. |
| De hyla puero | Aſpice | e. | xc. |
| Nymphis | Furitis | e. | xci. |
| Ad narciſum | Si | e. | xcii. |
| De echo dolente | Quid | e. | xciii. |
| De echo | Commorit | e. | xciiii. |
| De hermaphrodito | Mercurio | e. | xcv. |
| De cõiunctione ſalmacis | Salmacis | e. | xcvi. |
| Ad apollinem | Pone | e. | xcvii. |
| De daphne | Inuide | e. | xcviii. |

Finiunt uerſus epigrammatω̃n.
Incipiunt uerſus paſcales. Sancta

Finiunt uerſus paſcales.
Incipit liber epiſtolarum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Auſonius paulo.s. | Tandẽ epiſtola | | i. |
| Inuitatio ad paulum | Siqua | e. | ii. |
| Reſcriptũ paulo ſuo | Verſus | e. | iii. |
| Ad lectorem | Carminis | e. | iiii. |
| Ad paulũ ſuum | Vide | e. | v. |
| Auſonius pontio paul. | Cum | e. | vi. |
| Ad eundẽ pontiũ paulũ | Neſcis | e. | vii. |
| Ad urſulum grãmaticum | Primus | e. | viii. |
| Auſonius paulino.S. | Quanto | e. | viiii. |
| Ad iambum ſuum | Iambe | e. | x. |
| Auſonius paulino ſuo | Multas | e. | xi. |
| Auſonius Tretradio.s. | ω̃ qui | e. | xii. |
| Auſonius probo | Oblata | e. | xiii. |
| αυσονιοσ παυλο | ειμολικησ | e. | xiiii. |
| Ad amicum | Aequoreã | e. | xv. |

Finit epiſtolarum liber primus.

Inipiunt monaſticha
De duodecim erumnis herculis Prima

| | |
|---|---|
| Auſonius heſperio filio S. | Cæſareos. |
| Monoſticha de ordine imperatoꝝ. | Primus. |
| Monoſticha de ætate. | Iulius. |
| De obitu ſinguloꝝ mon. | Iulius. |
| Tetraſticha | Proximus |
| Traianus imperator | Aggreditur |
| Adrianus imperator | Celius |
| Antoninus pius imperator | Antoninus |
| M.antonius imperator | Poſt |
| Commodus imperator | Commodus |
| In ſcabioſum polygitonem | Thermarum |
| De menſibus | Siluius |
| De quodam ſiluio | Siluius |
| In notarium | Puer |

Auſonii burdigalis uaſſatiſ.medici poetæ ac præceptoris gratiarum actio ad Gratianum imperatorem ꝑ conſulatu. Ago

Finit gratiaꝝ actio de cõſulatu apud gratianũ auguſtum de monoſyllabis opus. Miſi

Verſus monoſyllabis & cœpti & finiti ita ut a fine uerſus ad principiũ recurratur. Res

| | |
|---|---|
| Præfacio quantũ ad hæc mon. | Vt |
| Verſus monoſyllabi | Aemula |
| De membris hominum | Indicat |
| De inconnexis. | Sæpe |
| De monoſyllabis deorum | Sunt |
| De cibis noſtris | Nec |
| De hiſtoriis | Solamen |
| De quibuſdam fabulis | Stat |
| De commoditate | Annus |
| Per interrogationẽ et reſponſionẽ | Quis |

Finit de monoſyllabis. Incipit cripp9 de ternario numero. Auſonius ſymmacho.S. Latebat
Crippus ternarii numeri Ter

Finit technopegnion liber primus. Incipit cento nuptialis. Auſonius Paulo.S. Perlege.

| | |
|---|---|
| Præfacio | Accipite |
| Cœna nuptialis | Expectata |
| Deſcriptio egredientis ſponſæ | Tandem |
| Deſcriptio egredientis ſponſi | At parte |


VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

| | |
|---|---|
| Oblatio m mcrum | Incedunt. |
| Epithalamium utriq;. | Tum. |
| Ingreſſus in cubiculum. | Poſtq̄. |
| Parecbaſis | Hactenus. |
| Imminutio. | Poſtq̄. |
| Auſonius theoni ſalutem. | Auſonius. |
| Verſus endecaſyllabi. | Aut. |
| Item alii endecaſyllabi. | Notos. |
| Auſonius Paulino ſalutem. | Paulino. |
| Incipit præcatio matutina. | Omnipotens. |
| Epicedion in patrē de uita ſua. | Nomen. |
| Protrepticus. Auſonius heſpio filio. | Libellum. |
| Auſonius ad nepotem. | Sunt. |
| Aeglogaꝝ liber. Auſoniꝰ gregorio. | An unq̄. |
| Auſōii æglogaĩ qua cupido cruciat̄. | Aeris. |
| Biſſula. Auſonius paulo. S. | Peruincis. |
| Præfacium de uerſibus biſſulæ. | Vt uoluiſti. |
| Vbi nata ſit biſſula. | Biſſula. |
| De eadem biſſula. | Delicium. |
| Ad pictorē de biſſulæ imagine. | Biſſula. |
| Ad pictorē de biſſula pingenda. | Pingere. |


Expliciunt ea Auſonii fragmēta: quæ inuida cūcta corrodens uetuſtas ad manus nr̄as uenire permiſit.

AVSONII PEONII POETAE DISERTISSIMI

EPIGRAMMATON LIBER PRIMVS.

p Hœbe potens numeris præſes tritonia bellis
Tu quoq; ab aereo præpes uictoria lapſu
Come ſerenatam duplici diademate frontem
Serta ferens: quæ dona togæ: quæ p̄mia pugnæ
Bellandi: fandiq; potens auguſtus honorem
Bis meret: ut geminet titulos qui prælia muſis
Temperat: & geticum moderatur apolline martem
Arma inter: conoſq; truces furtoq; nocentes
Sauromatas: quantum ceſſat de tempore belli
Indulget latiis tantum inter caſtra camœnis
Vix poſuit uolucres ſtridentia tela ſagittas
Muſarum ad calamos fertur manus: ocia neſcit
Et commutata meditatur arundine carmen
Sed carmen non molle modis bella horrida martis
Odryſii thræſſæq; uiraginis arma retractat
Exulta Aeacide: celebraris uate ſuperbo
Rurſum: Romanuſq; tibi contingit Homerus

Stoicus has partes has epicurus agit
Salua mihi ueterum maneat dum regula morum
Ludat permiſſis ſobria muſa iocis

c Redere quæ lato neſcit fera ſaucia ferro
Armatiq; urget tela cruenta uiri
Quam grandes paruo patitur ſub uulnere mortes
Et ſolam læti uim probat eſſe manum
Mirantur caſuſq; nouos: ſubitaſq; ruinas

Nec contenta ictos letaliter ire per artus
Coniungit mortes una ſagitta duas
Plurima communi pereunt ſic fulminis ictu
Hæc quoq; de cælo uulnera miſſa putes

Ad fontem danubii iuſſu ualentiniani auguſti
i Llyricis regnator aquis tibi Nyle ſecundus
Danubius lætum profero fonte caput
Saluere Auguſtos iubeo: natumq;: parentemq;:
Armiferos alui quos ego pannoniis
Nuntius euxino iam nunc uolo currere ponto
Vt ſciat hoc ſuperis cura ſecunda ualens



VNIVERSIDAD
DE SALAMANC

Cæde.fuga.flammis ſtratos periiſſe ſueuos
 Nec rhenum gallis limitis eſſe loco
Q uod ſi lege maris refluus mihi curreret amnis
 Huc poſſem uictos inde referre Gothos.

Sub ualentini iunioris ſigno marmoreo.

n Vnc te marmoreum pro ſumptu fecimus: at cũ
 Auguſtus frater remeauerit: aureus eſto

Picturæ ſubditi: ubi leo una a gratião ſagitta occiſus ẽ.

q Vod leo tam tenui patiẽ ſub arundine lœtum
 Non uires ferri: ſed ferientis agunt.

In tumulum hominis fœlicis.

s Parge mero cineres: & odoro perlue nardo
 Hoſpes: & adde roſis Balſama puniceis.
Perpetuum mihi uer agit illachrymabilis urna:
 Et commutaui ſæcula non obii.
Nulla mihi ueteris perierunt gaudia uitæ.
 Fœlix ſeu memini: ſiue nihil memini.

Exhortatio ad modeſtiam.

f Ama eſt fictilibus cœnaſſe agathoclea regem
 Atq; abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.
Fercula gemmatis cum poneret aurea uaſis
 Et miſceret opes: pauperiemq; ſimul
Q uærenti cauſam reſpondit. Rex ego qui ſum
 Sicaniæ: figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reuerenter habe: quicunq; repente
 Diues ab exili progrediere loco.

In ſtatuam rhetoris ſemiuiri & elinguis.

r Hetoris hæc ruffi ſtatua eſt: nil uerius ipſe.
 Ipſe adeo linguam non habet & cerebrum.
Et riget: & ſurda eſt & non uidet omnia ruffi
 Vnum diſſimile eſt. Mollior ille fuit

In libro quem de faſtis cõpoſuerat ad georgium.

i Gnota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ
 Regibus & patrum ducta ſub imperiis
Digeſti faſtos: & nomina præpetis æui
 Sparſa iacent latiam ſiqua per hiſtoriam.
Si tuus hic fructus. Vigilatas accipe noctes
 Obſequitur ſtudio noſtra lucerna tuo.

Tu quoq; uenturos per longum conſere Ianos
 Vt mea congeſſit pagina præteritos.
Exemplo confide meo. Sic protinus & te
 Applicet auſoniis purpura conſulibus.

In fine eiuſdem libri additi

h Actenus aſcripſi faſtos: ſi fors uolet: ultra
 Adiiciam: ſi non: qui legis: adiicies
Scire cupis qui ſim? Titulum qui quartus ab imo
 Q uære: leges nomen conſulis Auſonii.

De eodem faſtorum libro ad proculum.

u Rbis ab æternæ deductam rege Q uirino
 Annorum ſeriem cum procule accipies:
Mille annos centumq; & bis fluxiſſe nouenos
 Conſulis auſonii nomen ad uſq; leges
Fors erit: ut luſtrum cum ſe cumulauerit iſtis
 Confectam proculus ſignet olympiadem.

Ad fontem danubii iuſſu Valentini Auguſti

d Anubius penitus caput occultatus in oris
 Totus ſub ueſtra iam ditione fluo.
Q ua gelidum fontem mediis effundo ſueuis
 Imperiis grauidas qua ſeco pãnonias
Et qua diues aquis Scythico ſoluo hoſtia ponto
 Omnia ſub ueſtrum flumina mitto iugum.
Auguſto dabitur ſed proxima palma ualenti
 Inueniet fontes hic quoq; nyle tuos.

De uxore quæ uirum uoluit ueneno necare.

t Oxica Zelotypo dedit uxor mœcha marito
 Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum
Miſcuit argenti lœtalia pondera uiui
 Cogeret ut celerem uis geminata necem
Diuidat hæc ſiquis: faciũt diſcreta uenenum
 Antidotum ſumet: qui ſociata bibet
Ergo inter ſeſe dum noxia pocula certant
 Ceſſit lœtalis noxa ſalutiferæ.
Protinus & uacuos alui petiere receſſus
 Lubrica deiectis qua uia nota cibis.
Q uam pia cura deum: prodeſt crudelior uxor
 Et cum fata uolunt. Bina uenena iuuant.

In pictorem qui uolebat pingere deam echo.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

u Ane quid affectas faciem mihi ponere pictor
Ignotamq; oculis ſollicitare deam?
Aeris & linguæ ſum filia: Mater inanis.
Indicii uocem quæ ſine mente gero.
Extremos pereũte modos a fine reducens
Ludificata ſequor uerba aliena meis.
Auribus in ueſtris habito penetrabilis echo
Et ſi uis ſimilem pingere pinge ſonum

In ſimulachrum occaſionis & pœnitentiæ.

c Vius opus? phidiæ: qui ſignum pallados eius
Quiq; Iouem fecit tertia palma ego ſum.
Sum dea: quæ rara: & paucis occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? uolucris ſum. Mercuriuſq;
Fortunate ſolet trado ego cum uolui.
Crine tegis faciem cognoſci nolo: ſed heus tu.
Occipiti caluo es: ne teneat fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi: dic rogo: quæ ſis
Sum dea: cui nomen: nec Cicero ipſe dedit
Sum dea quæ facti non factiq; exigo pœnas.
Nempe ut pœniteat: Sic Methanœa uocor.
Tu modo dic: quid agat tecum: ſi quando uolaui.
Hæc manet: hanc retinent: quos ego præterii
Tu quoq; dum rogitas: dum percunctando moraris
Elapſam dices me tibi de manibus.

Epitaphium anitiæ puellæ mortuæ.

o Mnia quæ longo uitæ cupiuntur in æuo.
Ante quater plenũ conſumpſit Anitia luſtrum
Infans lactauit: pubes & uirgo adoleuit.
Nupſit: concepit: peperit: iam mater obiuit
Quis mortem accuſet? Compleuit munia uitæ:
Iam meritis anus eſt: & adhuc ætate puella.

Ad gallam puellam tam ſeneſcentem.

d Icebam tibi galla: ſeneſcimus: effugit ætas
Vtere rene tuo. Caſta puella anus eſt.
Spreuiſti: obrepſit non intellecta ſenectus
Nec reuocare potes qui periere dies.
Nunc piget: & quereris quod non aut iſta uoluptas
Tunc fuit aut non eſt nunc ea forma tibi
Da tamen amplexus: oblitaq; gaudia iunge
Da fruar: & ſi non quod uolo: quod uolui.

De lepore capto a cane marino.

t Rinacrii quondam currentem in littoris ora
Ante canes leporem: Ceruleus rapuit.
At lepus in me omnis terræ pelagiq; rapina eſt.
Forſitan & cæli ſi canis aſtra tenet.

De pergamo ſcriptore fugitiuo qui captus fuerat.

t Am ſegnis ſcriptor q̄ lentus pergame curſor
Fugiſti: & primo captus es in ſtadio.
Ergo notas ſcripto tolleraſti pergame uultu
Et quas neglexit dextera frons patitur.
Pergame non recte punitus fronte ſubiſti
Supplicium: lentæ quod meruere manus.
At tu qui dominus peccantia membra coerce
Iniuſtum falſos excruciare reos.
Aut inſcribe iſtam: quæ non uult ſcribere dextram:
Aut profugos ferri pondere necte pedes.

De myrone qui laidis noctem rogauerat.

c Anus rogabat laidis noctem Myron
Tulit repulſam protinus:
Cauſamq; ſenſit: & caput fulgine
Fucauit atra candidum:
Idemq; uultu: Crine non idem Myron
Orabat oratum prius.
Sed illa formam cum capillo comparans:
Similemq; non ipſum rata:
Fortaſſe & ipſum: Sed uolens ludo frui
Sic eſt adorta callidum
Inepte quid me: quod recuſaui rogas?
Patri negaui iam tuo

De opinione quam de illo habebat eius uxor.

l Aidas & glyceras laſciuæ nomina famæ
Coniunx in noſtro carmine cum legeret:
Ludere me dixit falſoq; in amore iocari
Tanta illi noſtra eſt de probitate fides.

Ad uxorem ſuam: quod debeat uiuere & oble
ctari.

u Xor uiuamus quod uiximus: & teneamus
Nomina: quæ primo ſumpſimus in thalamo.
Nec ferat ulla dies: ut commutemur in æuo.
Quin tibi ſim iuuenis: Tuq; puella mihi.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Neſtore ſim q̃uis prouectior æmulaq; annis
Vincas cumanam tu quoq; Deipheben:
Nos ignoremus: quid ſit matura ſenectus.
Scire æui meritum: non numerare decet.

In meroen anum ebrioſam.

q Vi primus Meroe nomen tibi condidit ille
Theſidæ nomen condidit Hippolyto.
Nam diuinare eſt nomen componere: Quod ſit
Fortunæ & morum uel necis indicium.
Protheſilae tibi nomen ſic fata dederunt:
Victima quod troiæ prima futurus eras
Idmona quod uatem medicum quod iapiga dicunt.
Diſcendas artes nomina præueniunt.
Et tu ſic Meroe: non quod ſis atra colore
Vt quæ Niliaca naſcitur in Meroe:
Infuſum ſed quod uinum non diluis undis
Potare immixtum ſueta Merumq; Merum.

Ex græco traductum de ſtatua nemeſis

m E lapidem quondam perſæ aduexere: Tropheũ.
Vt fierem bello: nunc ego ſum Nemeſis.
At ſic ut græcis uictoribus aſto Tropheum
Punio ſic perſas uaniloquos Nemeſis.

Ex græco traductum

q Vi laqueum collo nectebat: reperit aurum
Theſauriq; loco depoſuit laqueum.
At qui condiderat: poſtq̃ non repperit aurum
Aptauit collo quem reperit laqueum.

De thraſybulo lacedæmonio qui fortiſſime dimicãs occubuit.

e Xcipis aduerſo quod pectore uulnera ſeptem
Arma ſuperueheris quod thraſybule tua:
Non dolor hic patris pitani: ſed gloria maior
Rarum tam pulchro funere poſſe frui.
Quem poſtq̃ mœſto: ſocii poſuere feretro.
Talia magnanimus edidit orſa pater.
Flete alios: natus lachrymis non indiget ullis
Et meus & talis & lacedæmonius.

Ex græco traductum de matre magnanima.

m Ater lacæno clypeo obarmans filium
Cum hoc: inquit aut in hoc redi.

In diuitem degenerem mœcho genitum.

q Vidam ſuperbus opibus: & faſtu tumens:
Tantumq; uerbis nobilis:
Spernit uigentis clara ſæcli nomina:
Antiqua captans Stemmata:
Martem Remumq; & conditorem romulum
Primos parentes nuncupans.
Hos ille Serum ueſte contexi iubet
Hos celat argento graui
Ceris inurens ianuarum limina
Et atriorum pegmata.
Credo: quod illi nec pater certus fuit.
Et mater eſt uere lupa.

Verſus in ueſte contexti.

l Audet achæmenias orientis gloria telas
Molle aurum paliis græcia texe tuis.
Non minus Auſoniam celebret dum fama Sabinam
Parcentem magnis ſumptibus arte parem.

Antiſthenis cynici imagini ſubditi.

i Nuentor primus cynices ego: quæ ratio iſtæc?
Alcides multo dicitur eſſe prior.
Alcida quondam fueram doctore ſecundus.
Nunc ego ſum cynices primus & ille deus
Diſcipulus melior: nulli melior ue magiſter
εισ αρετην συνεβη και κυνικην σοφιην.
Dicere me nouit uerum: qui nouit utrunq;
και θεον αλκειδην και μυν δε διογενην.

Libero patri.

βαιγυϖτιων οσιρισ εγω μυσων δε φανακην
ακχοσ ενι ζωοισι μενι φθι μενοισιν αδωνευσ
ϖυρογενησ δικερωσ τιτανολετησ διονυσοσ.

In corydonem marmoreum.

αιξ χιμαροσ ϖηρη ϖοιμην ραβδουχοσ ελαιη
ειτ λιθοσ εκ ϖαντων αλιγοσ εγω κορυδων.

In ſimulachrum ſapphus.

l Eſbia pieriis Sappho ſoror addita muſis
ει μεν τη λυρικων αονιδων δεκατη.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Deæ ueneri.

o Rta ſalo: ſuſcepta ſolo: patre edita cælo
Aeneadum genitrix: hic habito alma Venus.

Ad libellum ſuũ: quod potius uelit tineas uel cariẽ.

s I tineas cariemq; pati te charta neceſſe eſt
Incipe uerſiculis ante perire meis.
Malo inquis tineas: Sapis erumnoſe libelle
Perfungi mauis qui leuiore malo.
Aſt ego damnoſæ nolo otia perdere muſæ
Iacturam ſomni quæ parit: atq; olei.
Vtilius dormire fuit q̃ perdere ſomnum.
Atq; oleum: uerum: cauſa ſed iſta mihi eſt
Agat iras cor cuius facundia tanta eſt
Q uantus honor: ſcripſit plurima quæ cohibet
Hinc ſtudeo ulciſci & prompta eſt hæc ultio uati
Q ui ſua non edit carmina noſtra legat.
Huius in arbitrio eſt. Seu ⸗e iuueneſcere cedro
Seu iubeat duris uermibus eſſe cibum
Huic ego quod nobis ſupereſt ignobilis oti
Deputo: ſiue legat quæ dabo: ſiue tegat.

De nomine cuiuſdam lucii ſculpto in marmore.

l Vcius una quidem geminis ſed diſſita punctis
Littera: prænomen ſic nota ſola facit
Poſt. M. inciſum eſt: puto ſic non tota uidetur
Diſſiluit ſaxi fragmine læſus apex.
Nec quiſq̃ Marcus: ſeu Martius: an ne Metellus
Hic iaceat: certis nouerit indiciis.
Truncatis conuulſa iacent elementa figuris
Omnia confuſis interiere notis.
Miremur periiſſe homines: monumenta fatiſcunt
Mors etiam ſaxis nominibuſq; uenit.

De ſabina textrice & carmina faciente.

s Iue probas tyrio textam ſub tegmine ueſtem
Seu placet inſcripti cõmoditas tituli.
Ipſius hoc dominæ concinat utrunq; uenuſtas:
Has geminas artes una Sabina colit.

De eadem Sabina.

l Itia qui texunt & carmina: carmina muſis:
Litia contribuunt caſta minerua tibi
Aſt ego rem ſociam non diſſociabo Sabina
Verſibus inſcripſti quæ mea texta meis.

De puella quam amabat.

h Anc uolo: quæ nõ uolt. Illam quia uolt: ego nol
Vincere uolt animos non ſatiare uenus
Oblatas ſperno illecebras: detrecto negatas.
Nec ſatiare animum nec cruciare uolo
Nec bis cincta diana placet nec nuda cytheræ
Illa uoluptatis nil habet: hæc nimium.
Callida ſed mediæ ueneris mihi uendicet artem
Fœmina: quæ iungat quod uolo: nolo uocat.

De duobus fratribus.

χρηϛοσ ακινδυνοσ αυταδελφεοι οικτραδετεκνα
Moribus ambo malis nomina falſa gerunt
ουδουτοσ χρηϛοσ ουδουτοσ ακινδυνοσ εϛιν
Vna poteſt ambos littera corrigere
αικεν χρηϛε εχησ ϖαραμινδινον αλφα
κινδυνοσ hic fiet frater αχρηϛοσ erit.

Q uoddam quaſi ænigma. De tribus inceſtis.

t Res uno in lecto. Stuprum duo perpetiuntur
& duo cõmittunt: Q uattuor eſſe reor.
Falleris: extremis da ſingula crimina: & illum
Bis numera medium: qui facit & patitur.

Ad philomuſum qui arbitrabatur ſe doctum cum nihil ſciret.

e Mptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt:
Doctum & grammaticum te philomuſe putas.
Hoc genere & cordas & plectra & barbita conde.
Hoc die marcatus: cras cytharœdus eris.

In tabula ubi erat picta imago ruffi rhetoris.

e Linguem quis te dicentis imagine pinxit,
Dic mihi Ruffe. Taces. Nil tibi tam ſimile eſt.
Hæc Ruffi tabula eſt. nil uerius. ipſe ubi Ruffus:
In cathedra. quid agit: hoc quod & in tabula.

De eodem Ruffo.

r Eminiſco Ruffus dixit in uerſu ſuo
cur melius Cor ergo uerſus imo Ruffus non habet.

De uerbis eiuſdem ruffi.

r Vffus uocatus rhetor olim ad nuptias
Celebri fit ut conuiuio:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Grammaticæ ut artis ſe peritum oſtenderet:
Hæc uota dixit nuptiis.
Et maſculini & fœminini gignite
Generiſq; neutri filios.

De imagine ruffi rhetoris elinguis.

o Re pulchro & ore muto ſcire uis: qui ſim? uolo
Imago Ruffi rhetoris pictauici.
Dicere. ſed ille uellem rhetor: hoc mi: non poteſt
Cur? ipſe rhetor eſt imago imaginis.

De eadem ruffi ſtatua.

r Hetoris hæc ruffi ſtatua eſt: ſi ſaxea ruffi?
Cur id ais? ſemper ſaxeus ipſe fuit.

De glautia immatura morte præuento.

l Aeta bis octono tibi iam ſub conſule pubes
Cingebat teneras glautia adulte genas
Et iam deſieras puer an ne puella uideri
Cum properata dies abſtulit omne decus.
Sed neq; functorum ſocius miſcebere uolgo:
Nec metuens ſtygios flebilis umbra lacus
Verum aut Perſephone cinareius ibis adonis
Aut Iouis elyſii tu Cathamitus eris.

In Diogenis cynici ſepulchro pro titulo canis ſignū eſt.

d Ic canis hic cuius tumulus? canis: at canis inqt
Diogenes obiit: non obiit ſed abit:
Diogenes cui parua penus: cui dolia ſedes
Ad manes abiit: Cerberus inde uetat
Quonam igitur? clari flagrat qua ſtella leonis
Additus eſt iuſtæ nunc canis erigonæ.

De effigie regis Crœſi.

e Ffigiem rex Crœſe tuam ditiſſime regum
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.

In ſignum marmoreum niobes.

u Iuebam. Sum facta ſilex: quæ deinde polita
Praxitelis manibus uiuo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia; ſed ſine ſenſu
Hunc ego cum læſi numina; non habui.

De pallade uolente certare armis cum uenere.

a Rmatam uidit uenerem lacedæmone pallas
Nunc certemus ait; iudice uel paride:
Cui uenus; armatam tu me temeraria temnis?
Quæ quo te uici tempora; nuda fui.

De laide dicante ueneri ſpeculum ſuum.

l Ais anus ueneri ſpeculum dic. dignum habeat ſe
Aeterna; æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc uſus: quia cernere talem
Qualis ſum: Nolo. qualis eram: Nequeo.

De caſtore poluce & helena.

i Stos tergemino naſci quos cernis ab ouo
Patribus ambiguis: & matribus aſſeueratos.
Hos genuit Nemeſis: ſed leda puerpera fouit
Tyndareus pater his: & Iuppiter: hic putat: hic ſcit.

De imagine ueneris ſculpta a praſithele.

u Era uenus fictam cum uidit ciprida dixit.
Vidiſti nudam me puto praſithele.
Non uidi: nec fas: ſed ferro opus omne polimus
Ferrum gradiui martis in arbitrio.
Qualem igitur domino ſcierant placuiſſe cytherem
Talem fecerunt ferrea cæla deam.

In bucculam æream myronis.

b Vccula ſum cælo genitoris facta myronis
Aerea; nec factam me puto; ſed genitam.
Sic me taurus init ſic proxima buccula mugit
Sic uitulus ſitiens ubera noſtra petit
Miraris quod fallo gregem gregis ipſe magiſter
Inter paſcentes; me numerare ſolet.

De eadem buccula myronis ærea.

u Bera quid pulſas frigentia matris ahenæ?
ꝙ uitula: & ſuccum lactis habere petis?
Hunc quoq; præſtarem ſi me pro parte paraſſet
Exteriore Myron interiore deus.

Ad dædalum de eadem buccula.

d Aedale cur uana conſumis in arte laborem?
me potius clauſæ ſubiice Paſiphae
Illecebras ueræ ſi uis dare dædale uaccæ
Viua tibi ſpecies uacca Myronis erit.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

De eadem myronis bucula iam habente ſpiritum.

a Erea mugitum poterat dare uacca myronis
Sed timet artificis deterere ingenium
Fingere nam ſimilem uiuæ q̃ uiuere plus eſt
Nec ſunt facta dei mira ſed artificis.

De eadem bucula iam habente ſpiritum.
a Erea bos ſteteram mactata eſt uacca Mineruæ
Sed dea proflatam tranſtulit huc animam
Et modo ſum duplex: pars ærea pars animata
Hæc manus artificis dicitur illa deæ

Ad taurum de eadem bucula.
q Vid me taure paras ſpecie deceptus inire?
Non ſum ego minoæ machina paſiphae.

De eadem myronis bucula.
n Eec dum caduco ſole iam ſub ueſpere
Ageret iuuencas cum domum paſtor ſuas
Suam relinquens me monebat ut ſuam

De eadem myronis bucula.
u Nam iuuencam paſtor forte amiſerat
Numerumq; iuſſus reddere
Me defuiſſe conquerebatur: ſequi
Q uæ noluiſſem cæteras.

u Alle banæ res nota: & uix credenda poetis
Sed quæ de uera promitur hiſtoria
Fœmineam in ſpeciem conuertit maſculus ales
Pauaq; de pauo conſtitit ante oculos
Cuncti admirantur monſtrum ſed mollior agna.

Q uid ſtolidi ad ſpeciem notæ nouitatis habetis?
An uos Naſonis carmina non legitis?
Cænea conuertit proles ſaturnia conſus
Ambiguoq; fuit corpore Tyreſias
Vidit ſemiuirum fons ſalmacis hermaphroditum
Vidit nubentem plinius androginum
Nec ſatis antiquum quod campana in beneuento
Vnus ephœborum uirgo repente fuit
Nolo tamen ueteris documenta accerſere famæ
Ecce ego ſum factus fœmina de puero.

Ad pythagoram de marco qui dicebatur pullaria.

p Ytagora euforbi: reparas qui ſemina rerum
Corporibuſq; nouis das reduces animas
Dic quid erit Marcus iam fata nouiſſima functus
Si redeat uitam rurſus in aeream
Q uis Marcus? felles nuper pullaria dictus
Corrupit totum qui puerile decus
Peruerſæ ueneris poſtico uulnere foſſor
Lucilli uatis ſubulo pullo premor.
Non taurus: non mulus erit: non hippocamelus
Non caper aut aries ſed ſcarabæus erit.

De caſtore fellatore qui ſuam lingebat uxorem.

l Ambere cum uellet mediorum membra uirorũ
Caſtor nec poſſet uulgus habere domi
Repperit ut nullum fellator perderet inguen
Vxoris cœpit lingere membra ſuæ.

Subſcriptum picturæ mulieris impudicæ.

p Ræter legitimi genitalia fœdera cœtus
Repperit obſcœnas ueneres uicioſa libido
Herculis hæredi quam lemnia ſuaſit egeſtas
Q uam toga facundis cœnis agitauit afrãni
Et quam nollanis capitalis luxus inuſſit
Criſpa tamenc unctas exercet corpore in uno
Deglubit: fellat: molitur per utranq; cauernam
Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat

De achilla qui diſſecuit teſtam hominis ſilice.

a Biecta in triuiis inhumati glabra iacebat
Teſta hominis nudum iam cute caluicium:
Fleuerunt alii fletu non motus achillas
Inſuper & ſilicis uerbere diſſecuit:
Eminus ergo ictor rediit lapis ultor ab oſſe
Auctoriſq; ſui frontem oculoſq; petit
Sic utinam certos manus impia dirigat ictus
In proprium ut redeant tela retorta caput

De alcone medico qui haruſpicem uaniloquũ fecit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

l Anguenti marco dixit diodorus haruſpex
Ad uitam non plus ſex ſupereſſe dies
Sed medicus diuis fatiſq; potentior Alcon
Falſum conuicit illico haruſpicium
Tractauitq; manum morituri ni tetigiſſet
Illico nam marco ſex periere dies

De ſigno iouis tacto ab alcone medico.

a Leon heſterno ſignum iouis attigit: ille
Quanuis marmoreus uim patitur medici
Ecce hodie iuſſus tranſferri ex æde ueteuſta
Effertur quanuis ſit deus atq; lapis

De eunomo qui dixerat ægrũ quendã moriturum.
l Anguentẽ e populo moriturum dixerat ægrum
Eunomus: euaſit fati ope non medici.
Paulo poſt ipſum uidet aut uidiſſe putauit
Pallentem & multa mortis in effigie
Quis tu? gaius ait: uiuis ne? hoc abnuit: at quid
Nunc agis hic? iuſſu ditis ait uenio.
Vt quia noticiam rerumq; hominumq; tenerem
Acciperem medicos: eunomus obriguit
Tum gaius metuas nihil eunome: dixi ego & oẽs
Nullum qui ſaperet dicere te medicum.

In eunum liguritorem.

e Vne quiq affectas uendentẽ phyllida odores?
Diceris hanc mediam lambere non uidere
Perſpice ne mercis fallant te nomina uel ne
Aere ſeplaſiæ decipiare caue
Dum cuſton cuſtonq; putas communis odoris
Et nardum ac ſardas eſſe ſapore pari
Diuerſa infœlix: & lambit: & olfacit eunus
Diſſimilem olfatum naris & oris habet

Ad eundẽ eunũ quod non uelit bene nec male olere

s Algama nõ hoc ſunt q; balſama: cædite odores
Nec male olere mihi: nec bene olere placet.
Lais heros & itys chyron & heros itys alter
Nomina ſic ſcribis prima elementa adime

Vt facias uerbum quod tu facis eune magiſter
Dicere me latium non docet opprobrium.

Ad eunum qui uxoris ſuæ inguina lambebat

e Vne quod uxoris grauidæ patria inguina lambis
Feſtinas gloſſas non natis tradere nates

Ad eunum pedagogum liguritorem.

e Vnus ſyriſcus inguinum liguritor
Opicus magiſter: ſic eum docet phyllis
Muliebre membrum quadrangulum cernit
Triquatro coactu. α. litteram ducit
De ualle femorum altrinſecus pares rugas
Mediumq; fiſſi rima qua patet callem
ψ dicit eſſe: Nam trifiſſilis forma eſt
Cui ipſe linguam cum dedit ſuam. A. eſt
Veramq; in illis eſſe. φ notam ſentit
Quid imperite. ρ. putas ibi ſcriptum
Vbi locari iota conuenit longum
Miſelle doctor. ου. tibi ſit obſcœno
Tuumq; nomen. θ. ſectilis ſignet.

De his qui dicunt reminiſco quod non eſt latinum.

q Vi reminiſco putat ſe dicere poſſe latine
Hic ubi. co ſcriptum eſt facerer. cor ſi. cor. hĕret

Ad criſpam quæ a quibuſdam dicebatur deformis

d E formem quidam te dicunt criſpa: ego iſtud
Neſcio: mi pulchra es: iudice me ſatis eſt.
Quin etiam cupio: iunctus quia Zelus amori eſt
Vt uideare aliis fœda decora mihi.

Qualem uelit habere amicam.
s It mihi talis amica uelim
Iurgia quæ temere incipiat
Nec ſtudeat quaſi caſta loqui
Pulchra procax petulante manu
Verbera quæ ferat; Et re gerat
Cæſaq; ad oſcula confugiat



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nam niſi moribus his fuerit
Caſta: modeſta: prudenter agens
Dicere abominor uxor erit.

Ex græco traductum ad cupidinem.

h Oc: q amare uocant: miſce aut diſſolue cupido
Aut neutrum flammis ure: uel ure duos.

Ad dionem de amore ſuo.

a Ut reſtringue ignem: quo torreor alma dione
Aut tranſire iube uel fac utrunq; parem.

Ex græco traductum ad cupidinem.

i Ncipe dimidium facti eſt cœpiſſe: ſuper ſit
Dimidium: rurſum hoc incipe & efficies.

Ex græco αχαρισ αβραδυπουσ αχαρισ χαρισ.

g Ratia quæ tarda eſt: ingrata eſt: gratia nanq;
Cum fieri properat: gratia grata magis.

Ex eodem.

s I bene quid facias: facias cito: nam cito factum
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.

d Eceptæ fœlix caſus ſe miſcuit arti
Hiſtrio ſaltauit: qui capanea ruit.

De quadam potione quæ fit de nouem rebus.

d Odra ex dodrante eſt: ſic collige: ius aqua uinũ
Sal: oleum: panis: mel: piper herba nouem.

De eadem potione quæ uocatur dodra.

d Odra uocor quæ cauſa nouẽ ſpẽs gero: quæ ſũt?
Ius: aqua: mel: uinum: panis: pip. herba: oleũ: ſal

De eadem quod dodra ſit potio & numerus.

Δοδραποτον και αριθμοσ εχω λιοινον ελαιον
αρτον: αλασ: βοτανην: ζωμον: υδωρ: πεπερι.

De iuriſconſulto qui uxorem habebat adulteram.

i Uris conſulto cui uiuit adultera coniunx
Papia lex placuit iulia diſplicuit.
Quæritis unde hæc ſit diſtantia? ſemiuir ipſe
Scatiniam metuens: non metuit ticiam

Ad quendam qui leuia ſibi inguina faciebat

i Nguina q calido leuas tibi dropace: cauſa eſt
Irritant uolſas leuia membra lupas
Sed quod & elixo plantaria podice uellis
Et teris incluſas punice claxomenas
Cauſa latet bimarem niſi quod patientia morbum
Appetit: & tergo fœmina pube uires.

Ad zoilum qui uxorem mœcham duxerat

s Emiuir uxorem duxiſti Zoile mœcham
O quantus fiet quæſtus utrinq; domi:
Cum dabit uxori molitor tuus: & tibi adulter
Quantum deprenſi damna pudoris emunt.
Sed modo quæ uobis lucroſa libido uidetur
Iacturam ſenio mox ſubeunte feret.

Quod erit exercitium iuuenum laſciuientium in ſenectute.

i Ncipient operas conducti uendere mœchi
Quos modo munificos lena iuuenta tenet.

Ad marcum amicum de diſcordia quam habet cũ puellis.

h Anc amo quæ me odit cõtra hãc: q̃ me amat: odi
Compone inter nos: ſi potes alma uenus
Perfacile id faciam: mores mutabo & amores
Oderit hæc: amet hæc: ruffus idem patiar
Vis ambas ut ames? ſi diligat utraq; uellem
Hoc tibi tu præſta marce ut ameris: ama
Suaſiſti uenus alma duas gliceras ut amarem
Odit utraq;: aliud da modo conſilium
Vince datis ambas. cupio: uerum arcta domi res
Pellice promiſſis nulla fides inopi.
Atteſtare deos: nec fas mihi fallere diuos
Peruigila ante fores: nocte capi metuo.
Scribe elegos: nequeo Muſarum & apollinis exps
Frange fores: pœnas iudicii metuo.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Stulte ab amore mori pateris? non uis ob amorem?
Malo miſer dici q̃ miſer atq; reus.
Suaſi quod potui tu alios modo conſule: dic quos.
Phedra & eliſſa tibi dent laqueum aut gladium:
Præcipitem pelago uel leucados elige rupem.
Hoc das conſilium? tale datur miſeris.

De chreſto & acindino quibus male fuerat nomen impoſitum.

g Ermani fratres ſunt creſtos acindinos alter
Falſum nomen utriq;: ſed ut uerum ſit utriq;
Alpha ſuum creſto det acindinos: ipſe ſine alpha
Permaneat: uerum nomen uterq; geret.

Pulchrum dei reſponſum.

d Octus hylas ceſtu: phegeus catus arte paleſtræ
Clarus olympiacis: eſt lycus in ſtadiis:
An poſſent omnes uenturo uincere agone
Hammonem libyæ conſuluere deum
Sed deus ut ſapiens dabitur uictoria uobis
Indubitata quidem: ſi caueatis ait
Ne quis hylam ceſtu: ne quis certamine luctæ
Phegea nec curſu te lyce prætereat.

p Vnica turgentes redimebat zona papillas
Hermiones. Zonæ telum elegeon erat.

q Vi legis hũc titulũ paphiæ tibi mãdat: ames me
Exemploq; tuo neminem amare uetes.

Mihobarbum liberi patris ſigno marmoreo in uilla noſtra omnium deorum argumenta habenti.

o Gygie me bacchum uocant
Oſirim ægyptos putat.
Myſte phanacem nominant
Dionyſon indi exiſtimant.
Romana ſacra liberum.
Arabica gens Adoneum.
Luchaniacus pantheum.

De hyla quem nayades rapuerunt.

a Spice quam blande necis ambitione fruatur
Lœtifera experiens gaudia pulcher hylas
Oſcula: & infeſtos inter moriturus amores.
Aucipites patitur nayadas eumenidas.

Nymphis quæ illam merſerunt.

f Vritis procaces nayades
Amore ſæuo & irrito.
Ephebus iſte flos erit.

De narciſſo qui ſui ipſius amore captus erat.

s I cuperes alium poſſes narciſſe potiri
Nunc tibi amoris adeſt copia fructus abeſt.

De echo dolente propter mortem narciſſi.

q Vid non ex huius forma pateretur amator
Ipſe ſuam qui ſic deperit effigiem?
Commoritur narciſſe tibi reſonabilis echo
Vocis ad extremos exanimata modos
Et pereuntis adhuc gemitum reſecuta querellis
Vltima nunc etiam uerba loquentis amat.

De hermophrodito & eius natura.

m Ercurio genitore ſatus: genitrice cythere
Nominis ut mixti: ſic corporis hermophroditus
Concretus: ſexu ſed non perfectus utroq;
Ambiguæ ueneris: neutro potiundus amori.

De coniunctione ſalmacis cum hermophrodito.

s Almacis optato concreta eſt nympha marito
Fœlix uirgo ſibi, ſi ſit ineſſe uirum
Et tu formoſæ iuuenis permixtæ puellæ
Bis fœlix: unum ſi licet eſſe duos.

Ad Apollinem de daphne puella fugiente.

p One arcum pæan celereſq; recondé ſagittas.
Non te uirgo fugit ſed tua tela timet.

De dap hne tecta cortice.

i Nuide cur properas cortex operire puellam:
Laurea debetur phœbo: ſi uirgo necatur.

Auſonii peonii poetæ diſertiſſimi epigrammatõn liber primus finit.

## AVSONII PEONII POETAE DISERTISSIMI VERSVS PASCALES.

Ancta ſalutiferi redeunt ſolemnia chriſti
s Et deuota pii celebrant ieiunia myſtæ
At nos æternum cohibẽtes pectore cultum.
Intemeratorum uim continuamus honorum
Annua cura ſacris: iugis reuerentia nobis.
Magne pater rerum: cui terra & pontus & aer
Tartaraq; & picti ſeruit plaga lactea cæli
Noxia quem ſcelerum plebes tremit: almaq; rurſum
Concelebrat uotis animarum turba piarum
Tu breuis hunc æui curſum: celeremq; caducæ
Finem animæ donas æternæ munere uitæ
Tu mites legum monitus: ſacroſq; prophetas
Humano impartis generi: ſeruaſq; nepotes
Deceptum miſeratus adam quem capta uenenis
Implicuit ſocium blandis erroribus eua
Tu uerbum pater alme tuum natumq; deumq;
Concedis terris totum: ſimilemq; paremq;
Ex uero uerum: uiaq; ab origine uiuum
Ille tuis doctus monitis hoc addidit unum
Vt ſuper æquoreas nabat qui ſpiritus undas:
Pigra immortali uegetaret membra lauacro
Trina fides auctore uno ſpes certa ſalutis
Hunc numerum iunctis uirtutibus amplectendi
Tale terrenis ſpeciem ſpectatur in oris
Auguſtus genitor: geminum ſator auguſtorum.
Qui fratrem natumq; pio complexus utrumq;
Numine partitur regnum neq; diuidit unum
Omnia ſolus habens: atq; omnia dilargitus
Hos igitur nobis trina pietate uigentes
Rectores terræ placidos cæliq; miniſtros
Chriſte apud æternum placabilis aſſere patrem.

Auſonii peonii poetæ diſertiſſimi uerſus paſcales finiunt.

Auſonii peonii poetæ diſertiſſimi epiſtolarum liber.

## AVSONIVS PAVLO SALVTEM.

Andem eluctati retinacula blanda moraæ.
t Burdigale molles liquimus illecebras
Santonicamq; urbem uicino acceſſimus agro



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Quod tibi ſi gratum eſt optime paule proba
Cornipedes rapiant impoſta petorita mulæ
Vel ciſo triiugi ſi placet inſilias.
Vel celerem manum: uel ruptum terga ueredum
Conſcendas: propere dum modo iam uenias
Inſtantis reuocant: quia nos ſolemnia paſcæ
Libera nec uobis eſt mora delidiæ
Perfer in excurſu uel teriuga milie podon
Vel falſas lites quas ſchola ueſtra ferit
Nobiſcum inuenies multas quia liquimus eio
Vale ualere: ſi uoles me: uel uola

Inuitatio ad paulum.

s I qua fides falſis unquam eſt adhibenda poetis.
Nec plaſma ſemper alinunt.
Paule camœnarum celeberrime caſtaliarum
Alumne quondam: nunc pater
Aut auus: aut proauus: antiquior ut fuit olim
Tarteſiorum regulus.
Intemerata tibi maneant promiſſa memento
Phœbus iubet uerum loqui.
Et ſi pierias patitur litare ſorores.
Nunquam ipſe torquet aulica
Te quoq; ne pigeat conſponſi ſœderis: & iam
Citus ueni remo: aut rota.
Aequoris undoſi qua multiplicat a recurſu
Garumna pontem prouocat.
Aut iteratarum qua glarea trita uiarum
Fert militarem ad blauiam
Nos & enim primis ſanctum poſt paſca diebus
Auemus agrum uiſere.
Nam populi cœtus: & compita ſordida rixis
Faſtidientes cernimus
Auguſtas feruere uias: & cum grege uolgo
Nomen plateas perdere.
Turbida congeſtis referitur uocibus echo
Tene. feri. duc. da caue.
Sus lutulenta fugit. Rabidus canis impete ſæuo
Et impares plauſtro boues.
Nec prodeſt penetrale domus: & operta ſubire.
Per tecta clamores meant
Hæc & quæ poſſunt placidos offendere mores
Cogunt relinqui mœnia.
Dulcia ſecreti repetantur ut ocia ruris
Nugis amœna ſeriis
Tempora diſponas ubi tu tua iuſq; tuum ſit
Vt nil agas uel quod uoles
Ad quæ ſi prop ras tota cum merce tuarum
Veni camœnarum citus
Dactylicos: elegos coriambum carmen epodos.
Socci & coturni muſicam
Carpentis impone tuis: nam tota ſupellex
Vatum piorum carth a eſt.
Nobiſcum inuenies Katenantia ſi libet uti
Non penna ſed græca fide.

Reſcriptum paulo ſuo.

u Erſus meos utili & cōſcio ſibi pudore cælatos carmine tuo: & ſermone præmiſſis dū putas elici: repreſiſti: Nā qui ipſe facundus: Et muſicus editioni alienæ ꝑplectat. Audaciam cōſilio quo ſuadet exteret: Tegat oportet auditor doctrinā ſuam q uolet ad dicendū ſollicitare trepidantē: nec emerita aduerſum tirunculos arma concutiat ueterana calliditas. Senſit hoc uenus de pulchritudinis palma diu ambiguo ampliata iudicio prudēter eni ut apud patrē: uellata certauerat: Neq; deterrebat æmulas ornatus æqualis. At poſtq̄ in paſtoris examen deducta ē lis dearū qualis emerſerat mari aut cū marte conuenerat: & conſternauit arbitrū & contendentiū certamen oppreſſit: ergo niſi delirus tuus in re tenui non tenuiter laboratus opuſcula mea quæ promi ſtudueras retardaſſet iam dudū ego ut palmes audacior in hybernas adhuc auras improbū germen egiſſem. periculū iudicii grauis inconſulta feſtinatione ſubiturus: Deniq; diſſonum quē tolle nomē exiſtimo proprie a philologis appellatū adcreui: ut iubebas recenti uerſuum tuorū lectione nō auſus ea: quæ tibi iam curſim fuerant recitata tranſmiſſi: & enim hoc popoſciſti: atq; id ego malui: tu ut tua culpa ad eundem lapidem bis offenderes. Ego autem quæcunq; fortuna eſſet ſemel erubeſcerem.

Ad lectorem huius libelli

c Arminis inculti tenuem lectare libellum
Pone ſupercilium
Seria contractis expende poemata rugis
Nos thymelem ſequimur.
Biſſula in hoc ſcedio cantabitur: aut eraſinus
Ammoneo ante bibas.
Ieiunis nil ſcribo meum poſt pocula ſi quis
Legerit: hic ſapiet.
Sed magis hic ſapiet ſi dormiet & putet iſta
Somnia miſſa ſibi.

Ad paulum ſuum

u Idem mi Paule quam ineptum laceſſieris in uerbis rudē: in eloquendo hiulcū: a ꝓpoſitis diſcrepantē in uerſibus cōcinnationis expertem: in ca



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

uillando Natura Venuſtũ. Nec arte conditũ. Diluti ſalis & fellis ignaui: nec de Mimo planipedẽ: nec de comœdiis hiſtrionẽ ac niſi hæc a nobis miſſa ipẽ lecturus eſſes: ẽt de ꝓnuntiatione rideres: nunc cõmodiore fato ſunt: quod li cet apud nos genuina apud te erunt adoptiua?

u Inum cum biiugo plauſtro parabo
Primo tempore ſantonos uehendum
Ouum tu quoq; paſſeris marini
Q uod nunc promus ait procul relictum
In fundo patriæ begeritanæ.

Auſonius pontio paulino.

Cum ille miſiſſet poematiũ uerſibus plurimis
De regibus ex tranquillo collectis.

c Ondiderat iam ſolis equos tarteſia calpe
Stridebatq; freto titan inſignis ibero
Iam ſuccedentes quatiebat luna iuuencas.
Vinceret ut tenebras radiis: uelut æmula fratris.
Iam uolucres: hominumq; genus ſuperabile curis
Mulcebant placidi tranquilla obliuia ſomni
Tranſierant Idus: medius ſuprema december
Tempora: uenturo properabat iungere iano
Et nonas decimas ab ſe nox longa Kalendas
Iugiter acciri celebranda ad feſta iubebat.

Ad eundem pontium paulinum.

Eſcis puto: qd' uelim tot uerſibus dicere: me diuſfidius: neq; ipẽ bene
n intelligo tñ ſupplicor iã prima nox erat ante diẽ nonum decimũ Ka
lendarum Ianuarium cũ redditæ ſunt mihi litteræ tuæ oppido quam litteratæ: his longe iucundiſſimũ poema ſubdideras: quod de tribus ſuetonii libris quos ille regibus dedit: in epithomen coegiſti: tãta elegãtia ſolus ut mi hi uideare aſſecutus: quod contra rerum naturã eſt: breuitas ut obſcura non eſſet in his uerſibus ego iſta cognoui.

e Vropamq; aſiamq;: duo uel maxima terræ
Membra: quibus libyam dubie ſaluſtius addit.
Europæ adiunctam: poſſit cum tertia dici
Regnatas multis: quos fama oblitterat & quos
Barbara romanæ non tradunt nomina linguæ
Illibanum Numidamq; auelim partũq; uononem
Et caranum: pellea dedit qui nomina regum.
Q uiq; magos docuit myſteria uana nechepſi
Et qui regnauit ſine nomine mox ſeſooſtris.

Acc tu quã perite & concinne quã modulate & dulciter. Ita iuxta na
h turam romanorum accentuum enuntiaſti: ut tamen ueris ac primi
genis uocibus ſua faſtigia nõ perirent. Iã quid de eloquentia dicam? liquido adiurare poſſum nullum tibi ad poeticam facundiam Romanæ iuuẽ tutis æquari: certe ita mihi uideri: ſi erro: pater ſum: fer me: & noli exigere iu dicium obſtans pietate. Verum cum pie diligã: ſincere: ac ſeuere iudico. Af fice me oro tali munere frequenter: quo & oblector: & honoror: acceſſit tibi ab artem poeticam Mellea adulatio. Q uid enim aliud agunt?

a Vdax Icario qui fecit nomina ponto
Et qui calcidicas moderate enauit ad arctos

Iſi ut tu uegetam & ſublimen alacritatem tuam temeritatem uoces?
n Me uero & conſultum & quem filius debeat imitari Salutari prudẽ
tia prænditum dicas? Q uod eqdem contra eſt: nam tu ſumma ſic ap petis ut non decidas: ſenectus mea ſatis hẽt ſi cõſiſtat. Hæc ad te breuiter: & illico ueſperis illius ſecuto mane dictaui. Ita. n. tabellarius tuus: ut epiſtolã referet iſtabat: nam ſi mihi ocium fuerit oblectabile negotium erit ad te pro lixius delirare: te ut eliciam mihi ut ſatiſfaciam: Vale.

Ad urſulum grãmaticum cuius ſtrenas Klendas ia nuarius ab imperatore non datas reddi fecit.

p Rimus iucũdi foret hic tibi fructus honoris.
Auguſtæ fauſtum munus habere manus
Proximus ex longo gradus eſt quæſtoris amici
Curam pro ſtrenis excubuiſſe tuis
Ergo interceptos Regale numiſma philippos
Accipe tot numero: quot duo geriones.
Q uot terni biiuges: demptoq; triente camœnæ
Q uotq; ſuper terram ſydera Zodiaci
Q uot commiſſa uiris Romana. Albanaq; fata.
Q uotq; doces horis: quotq; domi relides
Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia circus
Excepto medium quod patet ad ſtadium
Q uot pedibus gradiuntur apes: & uerſus homeri
Q uotq; horis pelagus profluit: aut refluit
Protulit in ſcœnam quot dragmata fabellarum
Arcadiæ medio qui iacet in gremio:
Vel quod iuncturas geometrica forma fauorum
Conſerit extremis omnibus. & mediis
Q uot telios primus numerus ſoluſq; probatur
Q uot par atq; impar partibus æquiperat
Bis ternos: & ter binos quia conſerit uſus
Q ui ſolus totidem congeminatus habet



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Q uod faciunt iuncti ſubiterq; ſupr̄aq; locati;
Q ui numerant hyadas pleiadaſq; ſimul.

u Rſule collega nobilis harmonio
Harmonio: quē daranus: quē ſcaurus: & aſper
Q uem ſibi conferret uarro: priorq; grates
Q uiq; ſacri lacerum collegit corpus homeri
Q uiq; notas ſpuriis uerſibus appoſuit
Cecropiæ cōmune decus latiæq; camœnæ
Solus qui chium miſcet: & ammineum.

Auſonius paulino ſuo. ſal. di.

q Vanto me affecit beneficio nō delata q̄dem ſed ſuſcepta querimonia mea pauline fili ueritus diſplicuiſſe oleū quod miſeras munus iteraſti addito ēt barcinonenſis muriæ condimento cumulatius ꝑſtitiſti. Scis āt me id nomen muriæ quod in uſu uulgi eſt: nec ſolere: nec poſſe dicere cum ſcientiſſimi ueteꝝ: & græca uocabula faſtidientes latinū uulgari appellatione nō habeāt. Sed ego quocunq; noīe loqueris liquoris te ſocioꝝ uocaſ.

i Am patinas implebo meas: ut parcior ille
Maiorum menſis Apalaria ſuccus inundet.

h Vod autem tā amabile tanq̄ hoſpitale q̄ q; tu ut me participes delicias tuas in ipſa primitiaꝝ nouitate defraudas ꝙ melle dulcior ꝙ gratiæ uenuſtatæ feſtiuior ꝙ ab hominibus patrio ſtringende cōplexu. Sed hæc atq; alia huiuſmodi documenta liberalis animi aliq̄s fortaſſe & aliquando quāuis rarus illud de epiſtolaꝝ tuarum eruditione de poematis iucunditate de iuuētione & continuatione iuro omnia nulli unq̄ imitabile futuꝝ & ſi fateatur imitandum. De quo opuſculo: ut iubes fatiam. Exquiſitius uniuerſa limabo: & q̄uis per te manus ſumma cōtigerit: Cælum ſuperfluæ expolitionis adhibebo magis ut tibi pareā: q̄ ut perfectis aliquid adiiciā. Interea tamen ne ſine corolario poetico tabellarius tuus rediret: paucis iambicis ꝓludendū putaui. Dū illud quod a me heroico metro deſideras inchoatur. Iſti tamen ita te & heſperium ſaluos habeā: quod ſpaciū lucubraciūculæ uniꝰ effuſi. Q uāq̄ hæc ipſi de ſe probabunt: tn̄ nihil diligētiæ ulterioris habuerunt. Vale.

Ad iambum ſuum carmen.

i Ambe parthis & ſinodum ſpiculis
Iambe pinus alitum uelocior
Padi ruentis impetu torrentior
Magna ſonoræ grandinis ui denſior
Flammis coruſci fulminis uibracior;
Iam nunc per auras Perſes Talaribus:

Petaſoq; ditis archados uetus uola.
Si uera fama eſt hyppocrine: quam pedis
Pulſu citatam cornipes fudit fremens
Tu fonte in ipſo procreatus pegaſi
Primus nouorum Metra iunxiſti pedum
Hic quodq; muſis concinnentibus nouem
Cedem in draconis concitaſti delium
Fer hanc ſalutem prepes & uolucripes
Paulini ad uſq; mœnia hebromanum loquor
Et protinus iam ſi reſumptis uiribus
Alacri refecti corporis motu uiget
Saluere iuſſum mox repoſce mutuum.
Nihil moreris: iamq; dum loquor: redi
Imitatus illum ſtirpis auctorem tuæ
Triplici furentem qui chymeram incendio
Superuolauit tutus igne proximo.
Dic & ualere dic ſaluere te iubet.;
Amicus & uicinus & fautor tuus
Honoris auctor: Altor ingenii tui.
Dic & magiſter: dic parens: dic omnia
Blanda atq; ſancta caritatis nomina.
Aueq; dicto dic. Vale & auctutum redi
Q uod ſi rogabit: quid ſuper ſcriptis nouis
Maturus æui nec rudis diiudicem.
Neſcire dices. Sed paratum iam fore;
Heroicorum uerſuum plenum eſſedum
Cui ſubiugabo de molarum ambagibus;
Q ui machinali ſaxa uoluunt pondere
Tripedes caballos: terga ruptos uerbere:
His ut uehantur tres ſodales nuntii.
Fors & rogabit quos ſodales dixeris!
Simul uenire. Dic trinodem dactylum
Vidi paratum crucianti cautherio
Spondeus illi lentipes ibat comes.
Paribus moratur qui locis curſum meum
Mihiq; ſimilis: ſemper aduerſus tamen
Nec par: nec impar qui trocheus dicitur;
Hæc fare curſim; nec moratus peruola;
Aliquid reportans interim munuſculi
De largitate muſici promptarii.

Auſonius paulino ſuo.

m Vltas & frequentes mihi gratiæ tuæ cauſas: & occaſio ſubinde nata cōcinante & naturæ tuæ facilitas benigna conciliat Pauline fili. Nā quia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

nihil poſcente me abnuis magis acuis procaciam: q̃ retundis: ut nunc quoq; in cauſa Philonis procuratoris quondam mei experire. Q ui apud hebromagum condit s mercibus: quas per agros diuerſos coemit: Conceſſo ab hominibus tuis uſus hoſpitio immature periclitatur expelli. Q uod niſi indulſeris rogante me: ut & mora habitandi ad commodum ſuum utatur: & nauſo alia ue quauis naui uſq; ad oppidum præbita: frugis aliquantulum noſtræ aduehi poſſit Lucaniacus ut iopia liberetur mature. Tota illa familia hominis litterati non ad tullii frumẽtariam: ſed ad culionem plauti pertinebit. Hoc quo facilius impetrarem aut quo maiorem ueteris moleſtiam: ſi negares concinnatam iambis: ſignatamq; ad te epiſtolam miſi ne ſubornatum diceres tabellarium ſi ad te ſine ſigni fide ueniret. Signaui autem non ut Plautus ait: p cerã & lignum litteras quod interpretes: ſed per poeticum caracterem magis nota minus tanq̃ ſignum impreſſum iudicares.

p Hilon: meis qui uillicatus prædiis
V t ipſe uult επιτροπη
Nam glorioſum græculus nomen putat:
Q uot ſermo fucat Dorius.
Suis querelis aſſerit noſtras preceps:
Q uas ipſe lentus: proſequor.
V idebis iſtum: qualis aſtet cõminus
Imago fortunæ ſuæ.
Canus co nolus hiſpidus trux atribux
Terentianus phormio.
Horrens capillis ut marinus aſperis
Echinus aut uerſus mei
Hic ſæpe falſus: meſſibus ue grandibus
Nomen peroſus uillici
Semente fera: ſiue multum præcoqua
Et ſyderali inſcita
Cælum laceſſens ſeq; culpæ ſubtrahens
Reos peregit cælites
Non cultor inſtans non anitor guaruris
Promuſq; q̃ condus magis
Terram infidelem nec feracem criminans
Negociari maluit
Mercatur quo foro uenalium
Mutatur ad græcam fidem
Sapienſq; ſupra græciæ ſeptem uiros
Octauus acceſſit ſophos
Et nunc parauit triticum calcoſale
Nouuſq; pollet emporus
Adit inquilinos rura: uicos oppida
Soli & ſali comertio
A catis phaſelis lintribus ſtlatis: rate
Tarnim & garunnam permeat.
Ac lucra: damnis damna mutans fraudibus
Se ditat: & me pauperat
Is nunc ad uſq; uectus hebromagnum tuam
Sedem locauit mercibus.
V t inde nauſo deuehat
Noſtros in uſus ut refert.
Hunc ergo paucis ne graueris hoſpitem
Adiutus ut mox nauis auxilio tuæ
Ad uſq; portus oppidi
Iam iam pereſam iam ſaguntina fame
Lucaniacum liberet
Hoc ſi impetratum munus abs te accepero
Prior colere q̃ ceres
Triptolemon olim ſiue medem quem uocant
Aut tullianum buzizen
Tuo locabo poſt ferendos nomini
Nam munus hoc fiet tuum.

Auſonius thetradio ſalutem.

o Q ui uenuſtos uberi facundia
Sales opimas thetradi:
Caueſq; ne ſit triſtis & dulci carens
Amara concinnatio.
Q ui felle carmen atq; melle temperans
Torpere muſas non ſinis
Pariterq; fucas quæq; guſtu ignauia ſunt
Et quæ ſapore triſtia
Rudes camœnas qui ſueſſe præuenis
Aeuoq; cedis non Stilo
Cur me propinquum Santonorum mœnibus
Declinas: ut lucas Boues
Olim reſumpto præferoces prælio
Fugit iuuentus Romula:
Non ut tygris te non leonis impetu
Amore ſed caro expeto
V idere alumni geſtio uultũs mei
Et indole optata frui
Inuitus olim deuoraui abſentiæ
Neceſſitatem priſtinæ
Q uondam docendi munere aſtrictus graui
Inculiſna cum te abſconderet
Et inuidebam deuio ac ſolo loco

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Opus camœnarum tegi
At non frequentes atq; claros nec procul
Cum floreas inter uiros.
Tibiq; noſtras uentus auras deferat
Aureſq; ſermo uerberet
Cur me ſupino pectoris faſtu tumens
Spernis poetam conſulem?
Tuiq; amantem: teq; mirantem ac tua
Deſiderantem carmina
Oblitus alto negligis faſtigio
Plectendus exemplo tuo.
Ni ſtabilis æuo pectoris noſtri fides
Q uanq̃ recuſantes amet.
V ale ualere ſi uoles me peruola
Cum ſcrinio & muſis tuis.

Auſonius probo præfecto prætorio. S.

o Blata per antiquarios mora ſcio promiſſi mei gratiam expectatiõe cõſumptam probe uir optime. In ſecundis tamen habeo non feſelliſſe apologos Titiani & nepotis chronica quaſi alios apologos. Nam & ipſa inſtar ſunt fabularum ad nobilitatem tuam niſi gaudens atq; etiam glorians fore aliquid: quod ad inſtitutionem tuorum ſedulitatis meæ ſtudio cõferatur: libello tamen apologorum ante tuli paucos epodos ſtudio in te obſeruantiæ meæ impudentiſſimos paucos quidem: ut ego loquax iudico. Verũ tu cum legeris: etiam nimium multos putabis. Adiuro beniuolentiam tuam uerecundiæ meæ teſtem. Eos mihi ſubita perſuaſiõe fluxiſſe. Nam quis hos diu cogitaret? Q uod ſane ipſi per ſe probabũt. Fors fuat: ut ſi mihi uita ſuppetet: aliquid rerum tuarum quanuis incultum expoliam. Q uod tu & ſi lectum non probes. Scriptum boni conſules. Cumq; ego imitatus ſim ueſaniam cerilli tu ignoſcas magnanimitate Alexandri. Hi igitur ut Plautus ait: interim erunt Antilogium fabularum garruli & deceptores. Q ui compoſiti ad honorificentiæ obſequium ad aurium conuicium concurrerunt.

V ale & me dilige.

p Erge õ libelle ſirmium: & dic hero meo ac tuo
Aue: atq; ſalue plurimum.
Q uis iſte ſit nobis herus neſcis libelle? an cum ſcias
Libenter audis: quod iuuat?
Poſſem abſolute dicere: ſed dulcius circumloquar
Diuq; fando perfruar
Hunc dico: qui lingua potens minorẽ atridã præterit
Orando pauca & muſica;
Q ui grandines ulyſſei & mellei fluentem Neſtora
Concinnatorem Tullii.

Q ui ſolus exceptis tribus heris heroum primus eſt
Prætorioq; maximus
Dico hunc ſenatui præſulẽ præfectum eundẽ & cõſulẽ
Nam conſul æternum elucet
Collegam Auguſti cõſulis columẽ curulis Romule
Primum in ſecundis faſcibus
Nam primus e cunctis erit conſul ſecundus principi
Generi hic ſuperſtes aureo ſatiorq; prolis aureæ
Conuincit Aſcreum ſenem
Q on eſſedum ferreum qui uincit æui iniuriam
Stirpis nouator ammiæ: paribuſq; comit infulis
Annitiorum ſtemmata.
Probum loquor: ſcis optime quẽ nemo fando dixerit
Q ui non prius laudauerit
Perge õ libelle & uetere fœlicitate intermina:
Q uin & require: ſi ſinet tenore fari obnoxio
Age uera proles romuli effare cauſam nominis.
V trum ne mores hoc tui nomen dederet an nomẽ hoc
Secuta nomen Regula?
An ille uenturi ſciens: mundi ſupremus arbiter
Q ualem creauit moribus: iuſſit uocari nomine?
Nomen datum præconiis uitæq; teſtimonio.
Libelle fœlix quem ſinu uir tantus euoluet ſuo.
Nec occupari tempora grato queretur otio
Q uem mille uocis modis aut ſuſurro impartiet.
Cui uigiles luminum uocare dignabunt choreæ
Q uem mente & aure conſciis qbuſdã omiſſis pelleget
Q uæcunq; fortuna eſt tibi perge õ libelle & utere
Fœlicitate intermina.
Dic me ualere & uiuere: dic uiuere ex uoto pio
Sanctis precantem uocibus ut quem curulis proxima
Collegio nati dedit.
Hunc rurſus Auguſtus prior ſuis perennet faſcibus
Subnecte & illud leniter: apologos en miſit tibi
Ab uſq; rheni limite Auſonius nomen italum
Præceptor Auguſti tui.
Aeſopiam Trimetriam: quam uertit exili ſtilo
Pede concinnans opus fandi Titianus artifex
V t hic aui ac patris decus mixto reſurgens ſanguine
Probiano atq; annitio: ut quondam in albæ mœnibus
Supremus ænea ſatus ſiluios Iulius miſcuit.
Sic iſte: qui natus tuus flos floſculorum Romuli
Nutricis inter lemmata lilliq; ſomniferos modos
Sueſcat peritis fabulis ſimul iocari & ludere.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Adde uotum quod pio concepimus rei deo.
Vt genitor Auguſtus dedit collegio nati probum
Sic gratianus hunc nouum ſtirpi fortunæ copulet
Rata ſunt futura: quæ loquor: ſic merita & fatum iubẽt
Sed iam ut loquatur Iulius: fandi modum in uita
Accipe uolucripes dimetria: aueq; dicto. Dic uale.

αυσονιοσ ϖαυλω·

ελλαδικησ μετοχον μουσησ. latiæq; camœnæ
αξιον αυσονιοσ ſermone alludo bilingui
Muſæ quid facimus τικεναισιν εφελϖισιν αυτωσ
Ludimus αφραδιησιν εν ηματι γηρασκοντεσ
σαντονικοισ καμϖοισιν οϖοικρυοσ εςιν
Erramus gelido τρομεροι και frigido poetæ
ϖιεριδων τερενοϖλοκαμων θεραϖοντεσ inertes
ϖαντα διχι ϖαγετοστε pedum και κρυοσ οδοντων
θαλϖωρη quia nulla ϖιλει χιονωδει χωρη
Et duplicant frigus ψυχρα carmina μητιοωντεσ
αρχομενοσ δαρα μηνιν εωια
Primitias ϖαυλω noſtræ ϖεμψω μελοειδεσ
μνημοσυνησ κρηδεμνοκομου ϖολυκλητινα τεκνα
Aenea uerboſæ κριννο στεφανοι τε puellæ
ενθα τε μοιϖολυ εϖικουρωδεα μολϖην
Frontibus υμετεραισ ϖτερινον præferte libellum
υματαρ στιχον
ϖαυλω εφαρμοζατε μεμιγμενο ωδην
ουταρμοιθε μισεστιν in hac regione μενοντι
αξιον ab noſtris εϖιδευεα ειμεκαμηναισ
κεινοσ εμοι ϖαντων μετοχοσ qui ſeria noſtra
Qui ioca μαρτοδαϖη nouit tractare ϖαλαιστρη
κοινην ſepolitus μοναχω ενι rure κρεβεννον
ασαφυλω ενι χωρω habet ουμαλγεα λεαχην
ουτε φιλοισ εταροισ nec menſæ accõmodus ulli
οττι αθελξινοοισ μεμφεο μουσαισ
Iam ſatis ω φιλε ϖαυλε ϖονον αϖεϖει ρηθημεν
εν τε φορω cauſas τε και ingrata es ικαθηραισ
ρητορικοισ λουδοισι και εϖλετο ουδεν ονειαρ
αλληδη κεινοσ μεν αϖασ iuuenali ωσιδρωσ
εκκεχυται μελεων τρομερη βλεμμα ſenectus
και minus in ſumptum δαϖανασ leuis arca miniſtrat
ουταρ εχει ϖαλαμοσ ανηρ
κλεινικοσ ουτε γερων
Aequanimus quod ſi fueris εσ ϖαντα μηλωδειν
Malueris ληθη ϖονου εϖεται ηδε ϖενιησ

κεινο δε ϖαγκαλλιστον ut omnibus undiq; muſis
συν φιαληδε quæ συν οϖαονι μουσαω
θυμον ακηχεμενου ſolatia blanda requiras
Hic erit & fructus δημητεροσ αγλαο καρϖου
ενθα συνεδλα ρεοι ϖολυχανδεα pocula ενθα
κιρναν εικεθελοισ νεκταρ οινοιο βονοιο
Ambo igitur noſtræ ϖαραλλαξομεν ocia uitæ
Dum res & ætas & ſororum
νηματα ϖορφυρεω ϖλεκεται

αυσονιοσ ϖαυλω·

ϖμαιων υϖατοσ αρεταλογων δε ϖοιητη
αυσονιοσ ϖαυλω σϖευδε φιλοισ ιδεειν·

Ad amicum ut quamprimum ad ſe ueniat.

a Equoream liqui te propter amice garunnam
Te propter campos incolo ſantonicos
Congreſſus igitur noſtros pete ſi tibi cura.
Quæ mihi conſpectu iam petiere meo.
Sed tantum appropera: quantum pote corpore & æuo
Vt ſaluum uideam: ſat cito te uideo.
Si poſt infauſtas uigor in te gratus habenas.
Et rediit membris iam ſua mobilitas.
Si riguam lætis recolis pipleida muſis
Iam uates & non flagifer αυτομεδων
Pelle ſoporiferi ſenium: nubemq; ueterni
Atq; alacri mediam carpe uigore uiam.
Sed ciſium: aut pigrum cautus conſcende ueredum:
Non tibi ſit rhedæ: non amor acris equi.
Cauteri moneo male nota petorita uites.
Nec celeres mulas ipſe metiſcus agas.
Sic tibi ſint muſæ faciles: meditatio prompta
Et memor: & liquidi mel fluat eloquii.
Sic q̃ uenalis: tam longa ætate crebennus
Non habet emptorem ſit tibi pro pretio.
At tamen ut citius uenias leuiuſq; uehare.
Hiſtoriam mimos: carmina linque domi
Grande onus in muſis tot ſæcula condita chartis.
Quæ ſua uix tollerant tempora noſtra grauant
Nobiſcum inuenies. εϖων ϖολυμορφεα ϖληθην
γραμματικων τεϖλοκασ και λογοδαιδαλινη
δακτυλων ηρωων και λοιδοϖοδω χοριαμβων
συμβαληνσ χορω συρματα τερψιχορησ
σωταδικον τε κιναιδον ιωνικον αμφοτερωθεν
ρυθμων ϖινδαρικων εννομον ευεϖιην



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

ει λιποδην σκαζοντα καὶ ου σκαζοντα τριμετρον
οκτω θουκυδου εννεα ηροδοτου
ρητορικον θαημα σοφων ερικυδεα φυλα
παντα μαλωσεθελοισ και πλεον εικεθελοισ

Hoc tibi de noſtris ασπασικον offero libris
Vale ualere ſi uoles me: iam ueni.

Auſonii monoſtichum de.xii.erumnis herculis.

p Rima cleonæi tollerata erumna leonis.
Proxima lernæam ferro & face contulit hydram
Mox erymantheum uis tertia percudit aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres diſcrimine quinto.
Threiciam ſexta ſpoliauit amazona balteo
Septima in augei ſtabulis impenſa laboris.
Octaua expulſo numeratur adorea tauro
In diomedeis uictoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat iberia palmam.
Vndecimo mala heſperidum diſtricta triumpho.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

Auſonius heſperio filio ſalutem.

c Aeſareos proceres: in quorum regna ſecundis
Conſulibus dudum romana potentia ceſſit
Accipe biſſenos: ſua quenq; monoſticha ſignant
Quorum per plenam ſeriem ſuetonius olim
Nomina res geſtas uitamq; obitumq; peregit.

Monoſticha de ordine imperatorum.

p Rimus regalem paefecit iulius aulam
Cæſar & Auguſto nomen tranſcripſit & arcem
Priuignus poſt hunc regnat nero claudius; a quo
Cæſar cognomen caligæ cui caſtra dederunt.
Claudius hic potitur regno poſt quem nero ſæuus
Vltimus æneadum: poſt hunc tres nec tribus annis
Galba ſenex fruſtra ſocio confiſus inerti
Mollis otho infami per luxum degener æuo
Nec regno dignus nec morte uitellius ut uir
His decimus fatoq; accitus ueſpaſianus
Et titus imperii fœlix breuitate ſecutus
Frater quem caluum dixit ſua roma neronem.

Monoſticha de ætate imperatorum in imperio.

i Vlius: ut perhibent: Diuus trieteride regnat
Auguſtus poſt luſtra decem ſex prorogat annos
Et ter ſeptenis geminos nero cludius addit
Tertia finit hyems craſſantia tempora gaii
Claudius ebdomadē duplicem trahit: & hero dirus
Tantundem ſummæ conſul ſed defuit unus
Galba ſenex otho laſciue & famoſe uitelli
Tertia uos latio regnantes neſciit æſtas.
Implet fatalem decadem ſibi ueſpaſianus
Ter dominante tito cingit noua laurea ianum.
Quindecies ſæuis potitur dum frater habenis

De obitu ſingulorum monaſticha.

i Vlius interiit Cæſar craſſante ſenatu
Addidit auguſtum diuis matura ſenectus.
Sera ſenex capreis exul nero fata peregit.
Expetiit pœnas de cæſare curia mollis.
Claudius ambiguo concluſit fata ueneno.
Matricida nero proprii uim pertulit enſis.
Galba ſenex periit ſæuo proſtratus othoni.
Mox otho famoſus clara ſed morte potitus.
Prodiga ſuccedunt pimendi ſceptra uitelli.
Laudatum imperium mors lenis ueſpaſiano.
At Titus a morte rapitur florentibus annis.
Sera grauem perimunt ſed iuſta piacula fratrem.

Tetraſticha de cæſaribus poſt tranquillum nerua.

p Roximus extincto moderatur ſceptra tyranno.
Nerua ſenex: Princeps nomine mente parens
Nulla uiro ſoboles imitatur adoptio prolem
Quam legiſſe iuuet: quam genuiſſe uelit.

Traianus imperator.

a Ggreditur regimen uiridi traianus in æuo
Belli laude prior: cætera pacis habens
Hic quoq; prole carens ſociat ſibi ſorte legendi
Quem fateare bonum: diffiteare parem.

Adrianus imperator.

c Elius hinc ſubiit mediis præſignis in actis
Principia & finem fama notat grauior.
Orbus & hic: ſocianſq; uirum documenta daturum.
Aſſumpti quantum præmineant genitis.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Antonius pius imperator.

a Ntonius ab hinc regimen capit: ille uocatu
Conſultiſq; pius nomen habens meriti
Filius huic fato nullus: ſed lege ſuorum
A patria ſumpſit: qui regeret patriam.

.M. Antonius imperator.

p Oſt marco tutela datur quæſita Platonis
Serus ad imperium patre pio melior
Succeſſore ſuo moriens ſed principe prauo
Hoc ſolo patriæ quod genuit nocuit.

Commodus imperator.

c Ommodus inſequit̃ pugnis maculoſus harenæ
Threcidico princeps bella mouens gladio
Eliſo tandem perſoluens gutture pœnas
Criminibus faſſus matris adulterium.

In ſcabioſum polygitonem.

t Hermarum in ſolio ſiquis polygitona uidit
Vlcera membrorũ ſcabie putrefacta fouentem.
Præpoſuit cunctis ſpectacula talia ludis
Principio tremulis gannitibus aera pulſat
Verbaq; laſciuos meretricum imitantia cœtus
Vibrat: & obſcœnæ numeros pruriginis implet.
Brachia deinde rotat uelut enthea demone menas
Pectus; crura: latus: uentrem: femora: inguina: ſuras:
Tergum: colla: humeros: luteæ ſymplegadis antrum
Tam diuerſa locis uaga carnificina pererrat
Donec marcentem calidi feruote lauacri
Blandus lœtali ſoluat dulcedine morbus
Deſectos ſic fama uiros ubi caſſa libido
Fœmineos cœtus & nõ ſua bella laceſſit.
Irrita uexato conſumere gaudia lecto.
Titillata breui cum iam ſub fine uoluptas
Feruet & ingeſto peragit ludibria morſu
Turpia non aliter polygiton membra reſoluit
Et quia debentur ſuprema piacula uitæ
Ad flegethonteas ſeſe iam præparet undas.

De menſibus & quattuor anni temporibus.

a Eternos menſes: & tempora quattuor anni
Quattuor iſta tibi ſubiecta monaſticha dicent
Martius Aprilis Maius ſunt tempora ueris.
Iulius Auguſtus: nec non & Iunius æſtas
Septembri Octobri Autumnus totoq; Nouẽbri
Brumales: Ianus: Februarius: atq; decembris:

De quodã ſiluio bono qui erat britto.

s Iluius ille bonus: qui carmina noſtra laceſſit
Noſtra magis meruit diſticha Britto bonus.
Siluius hic bonus eſt: quis ſiluius? iſte britannus.
Aut Britto hic non eſt ſiluius aut malus eſt.
Siluius eſſe bonus ferturq; Britannus
Quis credat ciuem degeneraſſe bonum?
Nemo bonus Britto eſt: ſi ſimplex ſiluius eſſe
Incipiat ſimplex deſinat eſſe bonus
Siluius hic bonus eſt: ſed Britto eſt ſiluius idem.
Simplicior res eſt. Credite Britto malus
Silui Britto bonus; q̃uis homo non bonus eſſe
Ferris: nec iungere Britto & homo.

In notarium in ſcribendo uelociſſimum.

p Ver notarum præceptum ſolers miniſter aduola
Bipatens pugilar expedi
Cui multa fandi copia punctis pacta ſingulis
Vt una uox abſoluitur.
Ego uoluo libros uberes. inſtarq; denſæ grandinis
Torrente lingua perſtrepo tibiq; nec aures ambigunt.
Nec occupatur pagina: & mota pace dextera
Volat per æquor cereum.
Cum maxime nunc proloquor circũloquentis ambitu
Tu ſenſa noſtra pectoris uix dicta iam cæris tenes.
Sentire tam uelox mihi uellem dediſſe mens mea
Quam ꝓpetis dextræ fuga. Tu me loquẽtẽ præuenis
Quis quæſo: quis me prodidit? quis iſta iã dixit tibi
Quæ cogitabam dicere?
Quæ furta corde in intimo exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tã nouus? ueniat in aures ut tuas
Quod lingua nondum abſoluerit?
Doctrina non hoc præſtitit nec ullata uelox manus
Celeripedis compendii
Natura munus hoc tibi deuſq; donum tradidit.
Quæ loquerer; ut prius ſcires; idemq; uelles: ꝙ uolo.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Auſonii burdigalis uaſſatis: medici: Poetæ: ac præceptoris gratiarũ actio
ad gratianum imperatorem pro conſulatu.

Go tibi gratias imperator Auguſte. Si poſſent eſſe refer. m. Sed nec
a tua fortuna deſiderat remunerandi uicem nec noſtra ſuggerit reſtitu
endi facultatem. Priuatoꝝ iſta copia eſt inter ſe eſſe munificos. Tua
beneficia ut maieſtate præcellunt, Ita mutuum non repoſcunt. Quod ſolũ
igitur noſtræ opis eſt: Gratias ago: Verum ita ut apud deum fieri amat. Sen
tiendo copioſius q̄ loquendo. Atq; nõ in ſacrario loco imp̄ialis oraculi. Qui
locus horrore trãquillo & pauore uenerabili raro eundem animum præſtat
& uultum. Sed uſq; quaq; gratias ago: tum tacens: tum loquens: tum in cœ/
tu hominum: tum ipſe mecum: & tum uoce patui & cum meditatione ſeceſ/
ſi: omni loco: actu: habitu & tempore. Nec mirum ſi ego terminum non ſta/
tuo tam grata profitendi. cum tu finem facere neſcias honorãdi. Quis. n. lo/
cus eſt aut dies: qui non me huius aut ſimilis gratulatiõis admoneat: Admo
neat aũt? õ inertiam ſignificationis ignauæ. Quis inq̄ locus eſt: qui non be
neficiis tuis agitet: inflammet? Nullus inq̄ Imperator Auguſte: quin admirã
dam ſpeciem tuæ uenerationis incutiat: Non palatium: quod tu cum terribi/
le acceperis amabile præſtitiſti: non forum: & Baſilicæ olim negociis plena:
nunc uotis: uotis pro tua ſalute ſuſceptis. Nã de ſua: cui non te imperante ſe/
curitas? non curia honorificis modo læta decretis: olim ſollicitis mœſta que/
rimoniis: Non publicum in quo occurſus gaudentium plurimorum Nemi
nem patitur ſolum gratulari: non domus commune ſecretum: lectus ipſe ad
quietem datus. Beneficiorum tuorum reputatione tranquillior. Somnus ab
olitor omnium imagines tuas affert. Iſta autem ſedes honoris. Sella curulis
glorioſa pompis imp̄ialis officii in cuius me faſtigio ex quã mediocritate po/
ſuiſti. Quotiens a me cogitat̃ uincor magnitudie: & redigor ad ſilentiũ non
ingratus beneficiis ſed oppreſſus. Ades enim locis omnibus: nec iam mira/
mur licentiam poetarum: Qui omnia deo plena dixerunt. Spem ſuperas cu
pienda præuenis: uota præcurris: Quæq; animi noſtri celeritas diuinum in/
ſtar affectat: beneficiis præeuntibus anteceditur. Præſtare tibi eſt: q̄ nobis
optare uelocius. Ago igitur gratias optime imperator ac ſi quis hũc ſermonẽ
meum iiſdem uerbis tam ſæpe repetitum inopiæ loquentis aſſignat: experia
tur hoc idem proſequi: ſed nihil poterit proferre facundius. Aguntur enim
gratiæ non propter maieſtatis ambitum nec ſine argumentis imperatori for
tiſſimo: teſtis eſt uno pacatus anno: & Danubii limes & rheni liberaliſſimo.
Oſtentat hoc diues exercitus indulgentiſſimo: docet ſecuritas erroris huma
ni conſultiſſimo probat hoc tali participe oriens ordinatus piiſſimo. Hu/
ius uero laudis locupletiſſimum teſtimonium eſt pater diuinis honoribus
conſecratus: inſtar filii ad imperium frater aſſitus a contumelia belli patruꝰ
uindicatus ad p̄fecturæ collegium filius cũ patre cõiunctus: ad conſulatũ p̄/
ceptor electus: poſſũ ire p̄ oẽs appellationes tuas. Quas oli uirtus dedit quas
ꝑxime fortũa cõceſſit q̄s adhuc indulgẽtia diuĩa meditat̃. Voca germanicũ

deditiõe gentiliũ: Alemanicũ traductione captoꝝ. Vincendo & ignoſcendo
ſarmaticum. Connecterem omnia merita uirtutis: & cognomina fœlicitatis:
ſed alia eſt iſta materia & ſuo parata ſecreto: cum placuerit ſignanter: & bre/
uiter omnia quæ nouimus indicare nec perſequi ut qui terrarum orbem uni/
us tabulæ ambitu circunſcribunt aliquanto detrimento magnitudinis nullo
diſpendio ueritatis. Nunc autem quod dici huius proprium de conſulatu gra
tias agam: ſed procurrunt & aliæ dignitates: atq; in uocem gratulationis erũ
punt. Ac ſe prius debere profitẽtur. Tot gradus nomine comitis propter tua
incrementa congeſti ex tuo merito te ac patre principibus quæſtura commu
nis: & tui tantum præfectura beneficii. quæ & ipſa nõ uult uice ſimplici gra
tulari: liberalius diuiſa q̄ iuncta cum teneamus duo integrum: neuter deſide
rat ſeparatum: ſed illa (ut pauloante promiſi) habebunt ſui muneris pecula
re ſecretum. Conſulatus hic meus orat atq; obſecrat: ut obnoxiam tibi uni ſi
nas fieri eius dignitatem quem omnibus prætuliſti. Quod quidem & ipſe ſi
bi inuenit gradus cum clariſſimo uiro collega meo honore coniunctus nun/
cupatione prælatus conſul ego Imp. Aug. munere tuo non paſſus ſepta. neq;
campum: non ſuffragia: non puncta: non loculos qui non prænſaueram ma
nus: nec ſalutantium confuſus occurſu: aut ſua amicis nomina non reddide/
rim aut aliena impoſuerim qui tribus non circumiui centurias non adula/
ui: uocatis claſſibus non intremui nihil cum ſequeſtre depoſui. Cum diſtri/
butore nil pepigi. Romanus populus. Martius campꝰ: equeſter ordo: roſtra
ouilia. Senatus curia: unus mihi omnia Gratianus iure meo. Auguſte maxi/
me affirmare poſſum incolumi omnium gratia: qui ad hunc honorem diuer
ſa unq̄ uirtute uenerunt: uenturiq; ſunt. Suus enim cuiq; animus: ſuum me/
ritum ſibiq; mens conſcia eſt: iure inquam meo affirmare poſſum: me mihi
uideri a cæteris eſſe ſecretum. Sunt quos uotorum cruciat inanitas. Non op/
taui quos exercet ambitus. Non petiui: qui aſſiduitate exprimunt. Non coe/
gi qui offeruntur occaſione. Non affui: quos iuuat opulentia. Obſtat tem/
porum diſciplina. Non emi: nec poſſum continentiam iactare. Non habui
unum præſtare tentaui: & hoc ipſum quaſi meum uendicare non poſſum.
In tua. n. poſitũ eſt opinione: ſi merui. feciſti aũt & facies alioſquoq; cõſules
piiſſime Gratiãe: ſed nõ & cã pari uiros gloriæ militaris. hñt. n. tecũ ut ſemp̄
laboris ita dignitatis plærũq; cõſortiũ uirtutis q̄ honoris antiqore collegio ui
ros nobilitatis antiquæ: dãtur. n. multa nominibus & eſt roma pro merito ui
ros fide inclytos & officiis probatos quorum me & ſi non ſecerno numero:
tamen quod ad honoris uiam pertinet ratione diſpertio. Quartum hũc gra
dum noui beneficii. Tu auguſte conſtituis: deferre tibi ipſi: quo alter orne/
tur bona animi tui ad alienam referre præſtantiam: eruditionemq; naturæ
quam deo & patri & tibi debes ad alterius gratiam rectius retorquere: quam
uerius. Tua hæc uerba ſunt a te mihi ſcripta ſoluere te quod debebas: & ad/
huc debere quod ſolueris: õ mentis aureæ dictũ bracteatũ: õ de pectore cã
didiſſimo lactei ſermõis alimõiam: Quiſq̄ ne tã parcus ẽ in oſtẽtatiõe benefi
cii? quiſq̄ pondus gratiæ ſuæ uim meriti profitet̃ alieni? quiſq̄ deniq; quod i/
dulget quaſi ab obnoxio deferat̃ pretium mauult uocare quã donũ? Certent

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

huic ſententiæ ueteres illi: & Homerici oratores ſubtilis deducta oratione
Menelaus & inſtar profundæ grandinis ductor Ithacenſius: & Melleo deli⸗
butus eloquio iam tertiæ neſtor ætatis. Sed neq; ille concinnius eloquetur q
ſe laconica breuitate collegit: neq; ille contortius qui cum ſenſibus uerba glo
merauit nec dulcius: cuius lenis oratio mulcendo potius quam extorquendo
perſuaſit. Soluere te dicis quod debeas: & debiturum eſſe cum ſolueris: au⸗
guſte iuuenis cæli tibi & humani generis rector hoc tribuebat: ut prælatus
antiquis: quos etiam elegantia ſententiæ iſtius anteceſſiſti uincas propria ſin
gulorum: In Menelao regiam dignationem: in Vlyſſe prudētiam. In Neſto⸗
re ſenectutem. Subiiciet aliquis iſta equidem adeptus es. Sed effare quo me⸗
rito: quid me honoras ſciſcitator? rationem fœlicitatis nemo reddit: deus & q
deo proximus tacito munera diſpartit arbitrio: & beneficiorum ſuorum in⸗
dignitatus per homines ſtare iudicium: mauult de ſubditis dediſſe miraculum
Quo in quis merito? ego nullum ſcio: niſi quod tu piiſſime imperator debe⸗
re te dicis: & hoc debere latiſſime pertinet. Siue hoc eruditionis tuæ fœnus
exiſtimas. Siue ſine fœnore gloriam liberalitatis affectas: ſiue te pondere cō⸗
ceptæ ſponſionis exoneras: ſeu fidei commiſſum patris exoluis: ſeu magna⸗
nimitate cæleſti oſtentatione ſuppreſſa dei munus imitaris. Debere te dicis:
Cui? quando? quo nomine? lege ſyngrapham: nomia creditorem accepti &
expenſi tabulæ conferantur. Videbis alio ſumme iſtius tranſire rationem: ti
bi cœpit deus debere pro nobis. Quid autem mihi debes gratiſſime impera
tor? Patitur enim humanitas tua: ut præter regias uirtutes priuata appellatio
ne lauderis. Quid tu mihi debes & contra quid non ego tibi debeo? an ne qđ
docui? hoc ego poſſum uerius retorquere dignum me habitum qui docerem
tot facundia doctrinaq; præſtantes inclinata in me dignatione præteritos ut
eſſet quem tu matura iam ætate ſubcinctum per omnes honorum gradus fe
ſtinata bonitate proueheres: Timere ut uidereris ne i me uita deficeret dum
tibi adhuc aliquid quod deberes præſtare ſupereſſet. Negat Cicero conſula
tis ultra ſe habere quod cupiat. Ego autem iam conſul & ſenex: adhuc auidi⸗
tatem meam iam fatebor te uidere ſæpius in hoc magiſtratu Gratiane deſi⸗
dero: ut & Sex. Val. coruini & ſeptem Gaii Marii & cognominis tui Augu⸗
ſti tredecim conſulatus unus equiperes: plures tibi poteſt ætas & fortuna tua
præſtare uerum ego in numero parcior. Quia tu i munere liberalior: ipſum
enim te ſæpius hoc honore defraudas: ut & aliis largiaris. Scis enim impera
tor doctiſſime (rurſum enim utar laude priuata) Scis inquam ſeptem ac de⸗
cem Domitiani conſulatus quos ille inuidia alteros prouehendi continuan⸗
do conſeruit ita in eius auiditate deriſos: ut hoc cum pagina faſtorum ſuorū
immo faſtidiorum fecerit inſolentem nec potuerit præſtare fœlicem. Quod
ſi principi honoris iſtius temperata: & quæ uocatur aurea det eſſe mediocri⸗
tas. Quid priuati ſtans hominibus? Quid æquaminis? Quid iam ſenibus
erga ſe oportet eſſe moderaminis? Ego quidem: quod ad honores meos per⸗
tinet: & uota ſaturaui. Tu tamen Imperator optime. Tu piiſſime. Tu quem
non fatigat liberalitas: niſi quando ceſſauit. Tu inquam indulgentiſſime
gratiane: ut ad benefaciendum ſubito es nec opinus ingenio, adhuc aliquid

quod hoc nomine mihi præſtetur inuenies. Inuenies ſic itellexere omnes: ſic
nobis ordinem ipſe feciſti: ſic amicus deo es: ut a te iam impetratum ſit quod
optatur a quo & quod nōdū optamus adipiſcimur. Et rurſum aliquis adiici⸗
et aut ſermone libere: aut cogitatōe liberius. nonne olim & apud ueteres mul
ti eiuſdem modi doctores fuerunt? an tu ſolus præceptor auguſti? imo ego
cum multis coniunctus officio: ſed cum pauciſſimis ſecretus exemplo. No⸗
lo Conſtantini temporum Taxabe collegas cæſares docebantur: ſuperiora
contingam diues Seneca nec tamen conſul arguetur: rectius quam prædica⸗
bitur: non erudiiſſe indolem Neronis: ſed amaſſe ſæuiciam. Quintilianus cō
ſularia per clementem ornamenta ſortitus: honeſtamenta nominis potius ui
detur: quam inſignia poteſtatis habuiſſe quomodo ticianꝰ magiſter: ſed glo
rioſus ille municipalem ſcholam apud Viſontionem lugdunumq; uariando
non ætate quidem: ſed uilitate conſenuit Vnica mihi & amplectenda eſt frō
tonis imitatio: quem tamen Auguſti magiſtrum ſic conſulatus ornauit: ut p̄
fectura non cingeret: ſed conſulatus ille cuiuſmodi? ordinario ſuffectꝰ bime
ſtri ſpacio interpoſitus in ſexta anni parte conſumptus querendū ut relique⸗
rit tantus orator quibus conſulibus geſſerit conſulatū ecce aliud quod aliqs
opponat in tanti ergo te oratoris faſtigium te glorioſus attollis? cui talia req
renti reſpondebo breuiter: non ego me contendo frontonis: ſed Antonino p̄
fero Gratianum. Celebrante quidem ſolemnes iſtos dies omnis ubiq; urbes
quæ ſub legibus agunt: & Roma de more: & conſtantinopolis de imitatiōe.
Anthiochia pro luxu & Carthago diſtincta & domū fluminis alexādria: ſed
treuiri principis beneficio: & mox cum ipſo auctore beneficii loca inter ſe di⸗
ſtant: uota conſentiunt unus in ore omnium gratianus poteſtate imperator
uirtute uictor: Auguſtus ſanctitate: pontifex religione. Indulgētia pater: æta
te filius: pietate utrunq;. Non poſſum fidei cā oſtendere imagines maiorꝝ me
orum (ut ait apud Saluſtiū Marius) nec deductū heroibus genus ad deorū
ſtēma replicare: nec ignotas opes & patrimonia ſparſa ſub regnis: ſed ea quæ
nota ſunt dicere potius q̄ prædicare. Patriā non obſcuram: familiā nō pœni⸗
tendam: domū innocentē: innocentiā non coactā anguſtas opes: uerūtamen
libris & liberis dilatas: frugalitatem ſine ſordibus: ingenium: liberale animū
non illiberalem: uictum: ueſtitum: ſuppellectilem: munda non ſplendida ue
teribus ut illis conſulibus excepta: quæ tum erat galliarum collatione uirtu⸗
tum ſi quis me cōferre dignetur: ſeponat opulentiā nō derogaturus induſtri
am. Verꝝ quoniā gratiis agendis iā dudū ſuccūbo materiæ. Tu oratiōi meæ
Gratiane ſuccede. Tu Gratiane qui hoc nomē ſic per fortunā adeptus es: ut
nemo uerius ambitiōe quæſierit. Neq; n. iſtius Metellus cognomento Pius
patre reuocato. Qui eſſet impius exulāte aut uerius Sylla fœlix qui fœlicior
anteq̄ uocaretur: quam tu Gratianus: qui & hoc nomen eſt: & illa Metelli
Syllæq; cognomina: tu inquam Gratiane qui hoc non ſingulis factis ſed per
petua grate agendi benignitate meruiſti: cui niſi ab auo deductum eſſet ab
omnibus adderetur. tu ipſe tibi inquam pro me gratiam refer tu tuæq; uir⸗
tutes: bonitas: qua in omnes prolixus es perpetuus in me: pietas qua orbem
tuum temperas: Quam in ulciſcendo patruo probas: tuendo in fratre cu⸗

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

mulas: Ornando in præceptore multiplicas: Agat gratias clæmentia quã hu
mano generi impartis liberalitas qua ditas oẽs: fortitudo qua uincis: & mens
iſta aurea: qua de cõmuni deo plus q̃ unus hauſiſti. agant & pro me gratias
uoces omnium galliaꝝ: Q uaꝝ præfecto hanc honorificentiam detuliſti. Vl
tra ꝓgredior: & hoc quia debere te dicis. Agat quæ optime agere poteſt uox
iſta quam docui. Iam dudum aũt quam grati animi: tamen ſermonis exigui
ut ſupradictum eſt ſuccumbo materiæ: neq; adhuc illa perſtrinxi: quæ ne in/
fantiſſimus quidem: niſi idem impiiſſimis eminentia per famã: & oĩum gau
diis teſtata ſupprimeret: quæ ſupra uires dicendi meas poſita cunctor attin/
gere: aut ingrati crimine arguendus: aut temerarii profeſſione culpandus: ta
men alterum cum ſubeundũ ſit: audaciã quã maliuolentiã malo repræhendi
Tu auguſte uenerabilis deſtrictus maximo bello aſſultãtibus tot milibꝰ bar
baroꝝ quibus danubii ora prætexitur comitia conſulatus mei armatus exer/
ces: tributa iſta quod in urbe ſyrmio geruntur. An ut quod in præcinctu cẽ/
turiata dicentur: an ut quõdã pontificalia uocabuntur ſine arbitrio multitu/
dinis ſacerdotũ tractata collegio ſic potius: ſic uocetur. Q uæ tu pontifex ma
ximus deo participatus habuiſti: Non eſt ingenii mei piiſſime. Imp. talia cõ
miniſci: uerba ſunt litterarum tuarum quibus apud me auctoritatem ſui mi
numinis & ut tuæ uoluntatis amplificas: ſic enim loqueris: cum de conſuli/
bus in annum creandis ſolus mecum uolutarem: ut me noſti: atq; aut facere
debui: ut uelle te ſciui: conſilium meum ad deum rettuli: eius auctoritati ob/
ſecutus: te conſulem deſignaui & declaraui: & priorem nuncupaui: Cuiꝰ ora
tionis ordo lucidior? quæ doctrina tam diligens propriis comitiorum uerbis
loqui: nec uocabulis moris antiqui nomina peregrina miſcere? Valete modo
claſſes populi & urbanarum tribuum prærogatiuæ: & centuriæ iure reuoca/
tæ: quæ comitia pleniora unq̃ fuerunt: quam quibus præſtitit deus conſiliũ.
Imperator obſequium? & nunc ego piiſſime imperator ne faſtidium audito/
rii ſacri dictorum tuorum timidus interpres offendam: diuinitatis tuæ prolẽ
cum piaculo uerba tranſcurro: Cum de conſulibus inquis in annum crean/
dis: erudita uox & cura ſolemnis mecum uolutarem ō profundi altitudo ſe/
creti: habes ergo conſiliatorem: & non metuis proditorem. Vt me noſti: ut
facere debui: ut uelle te ſciui. Q uid familiarius? Q uid conſtantius? Q uid
dici blandius poteſt? Conſilium meum ad deum rettulit. Et quemadmodũ
ſolus cui præſto eſt tam grande concilium? An plenius cum ſenatu cũ eque
ſtri ordine: cum plebe romana cum exercitu tuo & prouinciis omnibus deli
beraſſe? Conſilium meum ad deum rettuli. Non ut credo nouum ſumeres:
ſed ut ſanctius fieret: quod uolebas eius auctoritati obſecutꝰ: ſcilicet ut in cõ
ſecrando patre in ulciſcendo patruo: in cooptando fratre feciſti: tu conſulem
deſignaui: & declaraui: & priorem nũcupaui: quis hæc uerba te docuit? ego
tam propria & tam latina neſciui: deſignaui & declaraui: & nuncupaui: non
fit hoc temere habet moras ſuas diſpartitis gradibus tam matura cunctatio
has ego litteras tuas in omnibus pilis atq; porticibus: unde de plano legi poſ
ſint inſtar edicti pendere mandauero. Non ne tot ſtatuis honorabor: quot fu
erint paginæ libellorum? ſed ad blãdiora feſtino. Ab hac enim litterarum ad

me datarum parte digreſſus: eo quoq; diſcendiſti ut quæreres. Q ualis ad me
trabea mitteretur? Omne largitionum tuarum miniſterium ſollicitudine fa
tigaſti. Non ergo ſupra conſolatum mihi eſt adhibita per te cura tã diligens
Pro me cura tam fœlix: in illyrico arma quatiuntur. Tu mea cauſa per Galli
as ciuilium de quoꝝ indumento diſpenſas. Loricatus de toga mea tractas.
In ꝓcinctu & maxime dimicaturus palmatæ ueſtis meæ ornamẽta diſponis
fœliciter & bono homine. Nanq; iſte habitus ut in pace cõſulis eſt. Sic in ui/
ctoria triumphantis. Purum eſt ſi qualis ad me trabea mittatur interroges te
coram promi iubes. Nec ſatis habes ut largitionum miniſtri ex more fungã
tur. Eligis ipſe de multis: et cum elegeris munera tua uerborum honore ꝓſe
queris. Palmatã inquis tibi miſi in qua diuus conſtantinus parẽs noſter intex
tus eſt. Me beatum cuius inſignibus talis cura præſtetur. Hæc plane. Hæc
eſt picta ut dicitur ueſtis non magis auro ſuo quã tuis uerbis. Sed multo plu
ra ſunt in eius ornatu quæ per te inſtructius itelligo. Geminũ quippe in uno
habitu radiat nomen auguſti. Conſtantinus in argumento ueſtis intexitur
gratianus in muneris honore ſentitur: acceſſit tam impẽſo beneficio tuo pon
dus quorundam ſciſcitatione cumulatum interrogatus quam priorem decer
neres conſulem. Nec dubitandum eſſe dixiſti tu & qui tecum boni ſunt dubi
tare non poterant. Sed tamen ad hoc dictum erexerant animos: qui libenter
clariſſimum uirum collegam meum: quem præſentem habebat occaſio præ
latum credidiſſent. Fatigantes tamen quod intellexerant requirebant. Hic
tu ſicut mihi renuntiatum eſt: noto illo pudore tuo pauliſper hæſiſti: non ra
tionis ambiguus ſed eorum dubitationem uultu & rubore condemnans.
Q ui ſtudium ſuum interpretationis errore palpabant. Deinde illico ſubdidi
ſti. Q uid de duobus conſulibus deſignatis quæritis. Q uis ordo ſit nuncu/
pationis? An ne alium quam quem præfectura cõſtituit? ō uerecundiam tu/
am cui iſta popularis ratio tam prudẽter occurrit. Sciſti aliud gratiane quod
diceres? Sed propter quorundam uerecundiam dicere noluiſti ſcopuloſus
hic mihi locus eſt. Et propter eam: quam nunquam appetiui gloriam recu/
ſandus. Cum prior renuntiatus ſim? Satis eſt tuum tenere iudicium. Inter/
pretes ualete meritorũ. Neq; autem ego ſacratiſſime Imp. in tenui beneficio
gradum nuncupationis amplector. Nõ eſt hæc gloria ignota Ciceroni. Præ
torem me inquit. po. ro. primum fecit conſulem priorem. Ex ipſa eius ſentẽ
tia intelligitur commendabiliꝰ ei uideri uni quam pluribus eſſe propoſitum
nulla enim eſt equidem contumelia ſecũdi ſed ex duobus gloria magna præ/
lati Alexandri macedonis hoc fertur cum legiſſet illos homericos uerſus.
Q uibus hectore prouocante & nouem ducibus qui omnes pugnare cupie/
bant unum deligi placeret ſortis euentu trepida ubi conceptione uotorum io
uem optimum maximum totus precatur exercitus. Vt aiacem uel tydei fili/
um aut ipſum regem Dicium micenarum ſortiri patiatur agamemnonem.
Occiderẽ inquit illum qui me tertium nominaſſet ō magnanimitatem fortiſ
ſimi uiri nominari inter nouem tertius recuſabat: ubi certe pluribus antecel/
leret: quam ſubeſſet. Q uanta hic uerecundia grauaretur poſterior de duo/
bus. Eſt enim in hoc numero arduæ plena dignationis electio cum uniuerſis

mortalibus duo qui fiant conſules præferuntur. Qui alteri præponitur non
uni. Sed omnibus anteferetur. Expectare nũc aures præſentium ſcio. Et emi
nere in omnium uultu intelligo. Quod deſiderio concipiantur animorũ. Exi
ſtimant enim cum ea quæ ad grates agendas pertinebant ſummatim. E tore
filo (ut dicitur) deducta libauerim. Aliqua me etiam de maieſtatis tuæ laudi
bus debere perſtringere. Quanquam me iſtam dixerim ſe poſuiſſe materiã:
Et in tempus aliud reſeruare. Nihilominus tamẽ ut nunc aliqua contingã nu
tu & prope murmure cohortantur. Itaq; faciam quando cogunt nolentem.
Sed maioribus ſeparatis tenuiora memorabo. Nulla ſpe ad plenum exequẽ
di. Sed uniuerſi ut intelligant eorum quæ intus prædicanda ſunt a me poſcẽ-
dam eſſe noticiam ab aliis dignitatẽ: Nec excellentia. Sed quotidiana tracta-
bo. Nullũ tu unq̃ diem ab adoleſcẽtia tua niſi adorato dei numie & reus uoti
& illico abſolutus egiſti lautis manibus. Mente pura immaculabili conſcien
tia: Et quod in paucis eſt cogitatiõe ſincera: cuius autem unq̃ egreſſus auſpi
catior fuit? Aut inceſſus modeſtior? Aut habitudo cohibitior? Aut familia-
ris habitus condecentior? Aut militaris accinctior? In exercendo corpore qs
curium tam perniciter incitauit? Quis paleſtram tam lubricus expediuit?
Quis ſaltum in tam ſublime collegit? Nemo abductus iacula contorſit: ne-
mo ſpicula crebrius iecit. Aut certius deſtinata percuſſit. Mirabamur poe-
tam qui infrenos dixerat numidas. Et alterum qui ita collegerat ut diceret in
equitando uerbera. Et præcepta eſſe fugæ. Et præcepta ſiſtendi. Obſcurum
hoc nobis legentibus erat. Intelleximus te uidentes: cum idem arcum inten-
deres: & habenas remitteres. Aut equum ſegnius euntẽ uerbere concitares
uel eodem uerbere intemperãtiam coerceres: qui te uiſi ſunt hoc docuiſſe nõ
faciunt. Imo q uiſi ſuut docuiſſe nunc diſcunt. In cibis autem cuius ſacerdo-
tis abſtinentior cerimonia? In uino cuius ſenis menſa frugalior? Operto con
clauis tui non ſanctior ara ueſtalis. Non pontificis cubile caſtius: nec pului-
nar flaminis tam pudicum. In officiis amicorum non dico paria reddi ante-
uenis Et quotiens in obſequendo præcedimus. Erubeſcis pudore tam obno-
xio quam in nobis eſſe deberet ab imperatore præuentis: In illa uero ſede ut
ex more loquimur conſiſtorii. Vt ego ſentio ſacrarii tui nullus unquam ſu-
periorum aut dicenda penſius cogitauit. Aut conſultius cogitata diſpoſuit.
Aut diſpoſita maturius expediuit. Et aliquam de oratoriis uirtutibus tuis di
cerem niſi uererer mihi gratificari. Non enim ſulpitius acrior in concioni-
bus: nec maioris gracchi commendabilior modeſtia fuit. Nec patris tui
grauior auctoritas. Qui tenor uocis cum incitata pronuncias? Quæ infle-
xio cum remiſſa? Quæ temperatio cum utraque diſpenſas? Quis orato-
rum læta iocundius? Facunda cultius? Pugnantia denſius? Denſata glome-
ratius: Aut dixit: Aut quod eſt liberum cogitauit? Vellem ſi uerũ natura pa-
teretur xenophon attice in eum noſtrum uenires tu qui ad cyri uirtutes exe-
quendas uotum potius quam hiſtoriam cõmodaſti. Cum diceres non qualis
eſſet ſed qualis eſſe deberet. Si nunc in tempora iſta ꝓcederes in noſtro gra-
tiano cerneres quod cyro tuo nõ uideras ſed optabis. Atq; iſta omnia qua pũ
ctis quibuſdam acuminata ſignaui. Si facundia pro uoluntate ſuppeteret:

Quanq̃ non copioſus exequerer ubertatem ſtilo rerum magnitudine ſug-
gerente ſed nec huius diei: Nec huius iſta materiæ. q dicturi eſtis laudes pri-
cip's noſtris: habetis uelut ſeminarium. Vnde orationũ ueſtraꝝ iugera com
pleatis: Ego iſta perſtrinxi: Atque ut ſciunt omnes poſſum uideri familiaris
noticiæ ſecretus interpres. Domeſtica iſtæc: Non tã p̄dicare quã ꝓdere. Atq;
ut iſta dixi de cognitis mihi atq; intra aulã familiaribus. Poſſem & foris cele-
brata memorare: Niſi omnia oẽs: & ſeparatim ſibi quiſq; nouiſſet: Poſſem pa
ri breuitate dicere ſupiora emẽdatiſſimi uiri ẽ pigẽda non facere: At tu nunq̃
pœnitẽda feciſti. Et ſemp ueniam pœnitẽtibus obtuliſti: pulchrum ẽ indulge
re timentibus. Sed tu ꝑpetuæ bonitatis edictis occurriſti oibus ne timerent
magnificũ largiri honores: tu honoratos & liberalitate ditaſti. Laudabile eſt
imperatorem faciles interpellantibus præbere aditus: nec de occupatiõe cau
ſari. Tu confirmas adire cunctantes ẽt querimoniis explicatis. Ne qd adhuc
ſcileatur interrogas. Celebre fuit titi cæſaris dictum ꝑdidiſſe ſe diẽ: quo nihil
boni fecerat. Sed celebre fuit quia ueſpaſiani ſucceſſor dixerat. Cuius nimia
parſimonia. Et auſteritas uix ferenda miram fecerat filii lenitatem: Tu ualẽ-
tiano genitus cuius alta bonitas præſens comitas. Temperata ſeueritas fuit
parto & condito optime rei publicæ ſtatu intelligis poſſe te eſſe leniſſimum.
Sine diſpẽdio diſciplinæ. Neq; uero unum aliquod bonum uno die præſtas.
Sed indulgentias ſæculares per ſingula horarum momenta multiplicas. Vel
illud unum cuiuſmodi eſt de condonatis reſiduis tributorum? Quod tu quã
cumulata bonitate feciſti? Quis unq̃ imperatorum hoc prouinciis ſuis aut
uberiore indulgentia dedit? Aut certiore ſecuritate proſpexit? Aut prudentia
conſultiore muniuit? fecerat & traianus olim: ſed partibus retentis non habe
bat tantam oblectionem conceſſi debiti portio. Quanta ſuberat amaritudo
ſeruati. Et antonius indulſerat ſed impii non beneficii ſucceſſor inuidit. Qui
ex documentis tabuliſq; populi condonata repetiuit. Tu argumenta omnia
flagitandi publicitus ardere iuſſiſti. Videre in ſuis quæq; foris omnes ciuita-
tes conflagrationem ſalubris incendii ardebant ſtirpes fraudum ueterũ. Ar-
debant ſeminaria futurarum: iam ſe cum puluere fauilla miſcuerat. Iam nu-
bibus fumus inuoluerat. Et adhuc obnoxii in paginis concretis ductus api-
cum & ſextertiorum notas cum iuuantia de ratione cernebant. Quod memi
nerant lectum legi poſſe & ueteres. Quid te imperator auguſte indulgenti-
us? Quid poteſt eſſe conſultius? Quæ bona præſtas: efficis ne caduca ſint.
Quæ mala adimis proſpicis ne poſſint eſſe recidiua. Hæc prouincialibus in
dulgentiæ bona; Quid illa noſtro ordini? Quid illa militibus antoninoꝝ cõ
munitas fuit? Et iam inde germanicorum cohorte amicorum & legionibus
familiaris humanitas. Sed ego nolo beniuolentiam tuam aliorum collatione
præcellere. Abundant in te ea bonitas & uirtutis exempla: quæ ſequi cupi-
at uentura poſteritas. Et ſi rerum natura pateretur adſcribi ſibi uoluiſſe antiq-
tas. Neceſſe eſt tñ aliqd cõparari. Vt poſſit intelligi bona noſtra quo præſtẽt
Egrotantes amicos traianus uiſere ſolebat hactenus in eo comitas prædican
da eſt. Tu & uiſere ſolitus: & mederi. Præbes miniſtros. Inſtruis cibos fomẽ
ta diſpenſas; ſumptum adiicis medellaꝝ. Conſolaris affectos; reualeſcẽtibus



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

gratularis. In quot uias de una eius humanitate ꝑgrederis? Legionibus uni/
uerſis ut in communi marte euenit. Si quid aduerſi acciderat. Vidi te circum
ire tentoria ſatin ſalue querere. Tractare uulnera ſauciorum. Et ut ſalutiferæ
apponerentur medellæ atq; ut non ceſſaretur inſtare. Vidi quoſdam faſtidi/
entes cibum te commendante ſumpſiſſe: Audi confirmantia ad ſalutem uer/
ba profari occurrere deſideriis ſingulorum huius ſarcinas mulis aulicis uehe
re. His ſpecialia iumenta præbere. Illis miniſteria perditorum inſtaurare li/
xarum: aliorum egeſtantem tollerare ſumptu: horum nuditatem uelare ue/
ſtitu. Omnia agere indefeſſe & benigne: pietate maxima. Oſtentatione nul/
la: omnia præbere ægris: Nihil exprobrare ſanatis: Inde cũctis ſalute noſtra
carior factus meruiſti ut haberes: amicos: obnoxios: promptos: deuotos: fi/
deles: in æuum omne manſuros. Quales charitas potius quam fortuna cõ/
ciliat. Concludam deinceps orationem meam piiſſime Auguſte. Sermonis
magis fine quam gratiæ nanq; illa perpetua eſt: et ſpacio nõ tranſmeabili ter/
minum calcis ignorat: flexu tamen paruo nec a te procul conuertar ad deum
Aeterne omnium genitor. Ipſe non genite opifex: et cauſa mundi. Principio
antiquior: fine diuturnior. Qui templa tibi & aras penetrabilibus initiatorũ
mentibus condidiſti. Tu gratiano humanarum rerum domino: eiuſmodi ſe
mina noſtri amoris inoleſti. Vt nihil in digreſſu ſegnior factus: meminiſſet
& relicti. illuſtraret abſentem. Præſentibus anteferret: dein quia intereſſe pri
mordiis dignitatis per locorum interualla non poterat. Ad ſolemnitatem cõ/
dendi honoris occurreret beneficiis ne deeſſet officium. Quæ enim memori
am unq̃ memoria tranſcurſum tantæ celeritatis uel in audacibus græcorum
fabulis comenta eſt? Pegaſus uolucer actus a licia non ultra ciliciam perme
auit. Cyllarus atq; arion inter argos nemeamq; ſenuerunt. Ipſi caſtorum eq.
Quod longiſſimum intereſt. Non niſi mutato uectore tranſcurrũt. Tu gra
tiane Tot romani imperii limites. Tot flumina & lacus. Tot ueterum inter/
ſepta regnorum. ab uſq; thracia per totum quam lõgus eſt locus illyrici. Ve
netiam lyguriamq; & galliam ueterem. Inſuperabilia rhetiæ rheni accolas ſe
quiuanorum inuia: porrecta germaniæ celeriore tranſcurſu quam eſt prope
ratio noſtri ſermonis euoluis nulla requie ocii ne ſomni quidem. Aut cibi mu
nere liberali. Vt gallias tuas inopinatus illuſtres ut conſulem tuum q̃uis deſi
deratus anticeps ut illam ipſam quæ auras præcedere ſolet famam facias tar/
diorem hoc ſenectuti meæ: hoc honori a te datum. Supremus ille imperii &
conſiliorum tuorum deus conſcius: & arbiter: & auctor indulſit: ut ſellã cur
rulem cuius ſedem frequenter ornabis: ut prætextam meam purpuræ tuæ lu
ce fucatam ut trabeam non magis auro ſuo quam munere tuo ſplendidam.
Quæ ab illyrico ſermõis dignitas honeſtauit apud gallias illuſtriora præſta
res queſtorem ut tuum præfectum ut tuo prætorio conſulem tuum. Et quod
adhuc cunctis meis nominibus anteponis præceptorem tuum quem pia uo
ce declaraueras: iuſta ratione prætuleras liberali largitate ditaueras Auguſte
dignationis officiis conſecrares.

Finit gratiarum actio de conſulatu apud Gratianum Auguſtum.

# DE MONOSYLLABIS OPVS.

m ISI ad te thechnopægnion inhertis ocii mei inutile opuſculum
Verſiculi ſunt monoſyllabis cœpti: & monoſyllabis terminati:
nec hic mõ ſtetit ſcrupea difficultas ſed acceſſit ad miſeriam cõ/
citandi. Vt idem monoſyllabon quod eſſet finis extremi uerſus
principiũ fieret inſequentis. Dic ergo ω̃ mora & ω̃ pœna rem uanã q̃ppe cu/
rã exigua eſt. Et faſtiditur in cõnexa & implicat᷑. Cum ſit aliq̃d nihili uel de/
præhenditur. Laboraui tñ ut haberet aut hiſtoricon q̃ppiam. Aut dialecticõ
Nam poeticã uel ſophiſticã leuitatẽ neceſſitas obſeruatiõis excluſit. Ad ſum/
mã non ẽ q̃d mireris ſed paucis litteris additis eſt cuius miſerearis neq; emu/
lari uelis: & ſi huc quoq; deſcenderis maiorem moleſtiam capias ingenii & fa
cundiæ detrimentum: quam oblectationem imitationis affectu.

Verſus monoſyllabi cœpti & finiti ita ut a fine uerſus ad prĩcipium
recurratur.

r Es hoĩum fragiles alit: & regit & ꝑimit ſors.
Sors dubia æternũq; labãs q̃ blãda fouet ſpes.
Spes nullo ſine fine æuo: cui terminus eſt mors.
Mors auida inferna mergi nequa nox.
Nox ſortita uices: remeauerit aurea cum lux.
Lux dono conceſſa deum: cui præuius eſt. ſol.
Sol cui nec furto ueneris latet armipotens mars.
Mars nullo de patre ſatus: quẽ threſſa colit gens.
Gens infrena uirum: q̃bus in ſcelus omne ruit fas.
Fas hominẽ mactare ſacris: ferus iſte loci mos.
Mos ferus audacis populi. Quẽ nulla tenet lex.
Lex naturali quam condidit imperio ius.
Ius genitũ pietate hominum: ius certa dei mens.
Mens quæ cæleſti ſenſu rigat meritum cor.
Cor uegetũ mũdi inſtar habẽs animæ uigor ac uis.
Vis tñ hic nulla eſt uerum eſt locus & nihili res.

Præfacio quantum ad hæc monoſyllabarum genera.

u T in uetere uerbo eſt ſequitur uarai ubi iam ſimilium nugarum ſub
texo nequitiam: & hi uerſiculi monoſyllabis terminantur exordio ta
men libero quanq̃ ſine legitimo: ſed laboraui ut quantum poſſet ui/
deri apud aures indulgentiſſimas abſurda cõcinerent: inſulſa reſiperẽt. Hiul
cula cõgruerent deniq; haberẽt & amaræ dulcedinẽ: & in amenã uenerẽ & a/
ſperã leuitatem. Quæ quidem oĩa quoniam inſuauis materia deuenuſtat: le
ctio benigna conciliet. Tu quoq; mihi tua crede ſecutior: q̃ppe meliora ſed
ut quod ꝑ adagionem cœpimus prouerbio finiamus mutuum muliſcabãt.

Verſus monoſyllabis terminati exordio libero.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

a Emula diis:natura imitatrix omniparēs ars.
Paccato ut ſtudeat labor hic meus eſto opi dux.
Arcta inamœna licet:nec cōgrua carminibus lex.
Iudice ſub tanto fandi tamen accipiet ius.
Q uippe & ridiculis data gloria ni ꝓhibet fors.

De membris hominum.

i Ndicat in pueris ſeptēnia prima nouus dens.
Pubes annos robuſtior anticipat uox.
Inuicta & uentis & ſolibus eſt hominum frons.
Edurum neruiſcum uiſcere conſociant os.
Palpitat & reqes uegetum teres acre calens cor.
V nde uigent ſenſus:dominatrix quos uegetat mens.
Atq; in uerba refert modulata lege loquax os.
Q uā ualidū eſt hominis quota portio ceruleū fel.
Q uam tenue & molē:quantā fert corpoream crus.
Pondere ſub quanto noſtrꝫ moderatur iter pes.

De inconnexis.

s Aepe in cōiugibus fit noxia:ſi nimia eſt dos.
Sexus uterq; potens:ſed præualet impio mos.
Q ui recte faciet:non qui dominatur erit rex.
Vexat amicitias & fœdera diſſociat lis.
Incipe quicquid agas:pro toto eſt prima opis pars.
Inſinuat cælo:diiſq; inſerit emeritos laus.
Et diſciplinis conferta eſt:& uitiis urbs.
V rbibus in tutis munitior urbibus eſt arx.
Auro magnus honos:auri ꝓcium tamen eſt æs.
Longa dies operoſa uiro:ſed temperies nox.
Q ua caret æthiopum plaga peruigil irrequies gens.
Semper ubi æterna uertigine clara nitet lux.

De monoſyllabis deorum.

s Vnt & cælicolū monoſyllaba prima deū fas.
Q uæ themis ē grauis:p9 hanc rhea q̄ latiis ops.
Tum iouis & conſi germanus tartareus dis.
Et qui quadriiugo curru pater inuehitur ſol.
Q uiq; truces belli motus ciet armipotens mars.
Q uem nunq̄ pietas:nunq̄ bona ſollicitat. pax.
Nec cultor nemorum reticebere menalide pan.
Nec genus hoc domuū larunda progenitus lar.
Fluminibuſq; italis præpollens ſulphureus nar.
Q uæq; piat diuum periuria nocticolor ſtyx.
Veliuoliq; maris conſtrator leuconotos lins.

Et nunq̄ in dubiis hominum bona deſtituens ſpes.

De cibis noſtris.

h Ec nr̄os reticebo cibos:quos priſcus hēt mos.
Irritamentum quibus additur æquoreū ſal.
Communis pecoriq; olim cubuſq; homini glans.
Ante equidem campis q̄ ſpicea ſuppeteret frux.
Mox ador:atq; adoris de polline pultificum far.
Inſtruxit menſas quo quondam romulidum plebs.
Hinc cibus hinc potus:cum dilueretur aqua puls.
Eſt inter fruges morſu piper æquiperans git.
Et peluſiaco de ſemine plana teres lens.
Et duplici defenſa putamine quinquegenus nux.
Q uodq; cibo:& potu:placitū labor acer apum mel.
Naturæ liquor iſte nouæ;cui ſumma natat fex.

De hiſtoriis.

s Olamē tibi phœbe nouum dedit œbalius flos.
Flore alio reus eſt narciſi morte ſacer fons.
Cædis adoneæ mala gloria fulmineus ſus.
Periurum lapitham iunonia ludificat nubs.
Ludit & æacidem parnaſia delphicolæ ſors.
Et furiata œſtro tranat mare cimmerium bos.
Non ſine amadryadis fato cadit arborea trabs.
Q uo gen rata uenus.Saturnia deſecuit falx.
Sæua inter rupes ſcythicas ſtetit alitibus crux.
V nde prometheo de corpore ſanguineus ros.
Aſpergit cautes:& dira aconita creat cos.
Ibicus ut periit uindex fuit altiuolans grus.
Aeacide ad tumulū mactata eſt andromachæ glos.
Carcere in argiuo philopœmena lenta adiit mors.
Sera uenenato potu abſtulit hanibalem nex.
Vltrix flagrauit de rupibus euboicis fax.

De quibuſdam fabulis.

s Tat iouis ad cyathū:generat quē dardanius tros
Præpetibus pēnis ſup aerea uectus homo cres.
Intulit inceſtam tibi uim philomena ferus thrax.
Barbarus ē lydus.Seruus geta:fœmineus phryx.
Res aſiæ quantas lœto dedit immeritas fraus.
Nota impert ntis thebana tricorporibus ſphinx.
Nota & paruorum cunis muliebre ſcelus ſtryx.

De commodit te quæ tempore ueris habetur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

a Nnus ab exortu cũ floriferum referat uer.
Cũcta uigẽt: nemus oẽ uiret: nitet auricomiũ rus
Et paſtura umbras radicitus: exigitur ſtirps.
Non denſo ad terram lapſu glomerata fluit nix.
Florum ſpirat odor: libani ceu montis honor thus.
Iam pelago uolitat mercator ueſtifluus ſer.

Per interrogationem & reſponſionem.

q Vis ſubic in pœnam capitali iudicio uàs.
Q uis cũ lis fuerit nummaria quis dabit? pras.
Q uis mirmilloni contenditur? æquimanus thrax.
Inter uirtutes quod nomen mercurio? fur.
Thuribula: & pateræ quæ tertia uaſa deum? lanx.
Cincta mari quæ nã tellus creat hippocratẽ? cho.
Grex magis an regnum minoida ſollicitat grex.
Q uid præter nubem pheacibus impoſitum? mons.
Dic ceſſante cibo: ſomno quis opimior eſt? glis.
Tergora: dic clypeis accõmoda quæ faciat? glus.
Sponte ablatiui caſus quis rectus erit? ſpons.
Q uis fluitat pelago: quod nõ natat in fluuio? pix.
Biſſenas partes quis continet æquipares? as.
Tertia defuerit ſi portio quid reliquum? bes.
Et logo dedalia ſtridet modo quid nimium? trux.
Friuola condemnans neq̃ quoq; cum precio ẽ merx.
Scire uelim catalepta legens quid ſignificet tau.
Imperium: litem uenerem cur una notet res.
Sit ne peregrini uox nominis anni ſil.
Lintribus in geminis conſtratus ponto ſit an pons.
Buccolico: ſepes: dixit marco: cur cicero ſeps.
Vox ſolita: & cunctis nouiſſima ſi memor es lac.
Cur condemnetur ratio magis ut faciat lact.
An libyæ ferale malum ſit romula uox ſes.
Si bonus eſt inſons: contrarius & reus eſt ſons.
Diues opum cur nomen habet cur de ſtygio dis.
Vnde rudinus ait: diuum domus altiſonum cæl.
Et cuius de more quod ad ſtruitendo ſuam do.
Aut de fronde loquens cur dicat populea frons.
Et quod nonnunq̃ præſumit lætificum gau.
Sed quo ꝓgredior? quæ finis? quis modus & calx.
Indulge paulinę bonus: doctus facilis uir.
Totum opus hoc ſparſum crinis antiphilæ pax.

Finit de monoſyllabis.



Incipit Crippus de ternario numero. Auſonius Symmacho ſalutem.

l Atebat inter nugas meas libellus ignobilis utinamq; latuiſſet: neq; indicio ſuo tanq̃ ſorex periret: hunc ego cum uelut gallinaceus Euclionis ſitu chartei pulueris eruiſſem excuſſum relegi: atq; ut auidus fœnerator improbum nummum malui occupare q̃ condere: dein cogitãs mecum non illud catullianum: cui dono lepidum nouum libellũ. Sed amarcoteron & uerius: cui dono illepidum rudem libellum: non diu queſiui. Tu enim occurriſti: quem ego ſi mihi poteſtas ſit ex omnibus deligendi unum ſemper elegerim. Miſi itaq; ad te friuola gerrhis ſiculis uaniora: ut cũ agis nihil: hæc legas: & ne nihil agas: defendas. Igitur iſte nugator libellus iam diu ſecreta q dem: ſed uulgi lectione laceratus perueniet tandem in manus tuas. Q uẽ tu aut ut æſculapius redintegrabis ad uitam: aut ut Plato iuuante Vulcano liberabis infamia: ſi peruenire non debet ad famam. Fuit autem ineptiolæ huius iſta materia. In expeditione. Q uod tempus: ut ſcis licentiæ militaris eſt. Super menſam meam facta eſt inuitatio: non illa de ludibrii conuiuio ut græco more biberetur. Sed illa de Flacci ægloga. In qua propter mediam noctẽ & nouam lunam: & murenæ auguratum: ternos ter cyathos attonitus petii uates: hũc locum de ternario numero illico noſtra illa poetica ſcabies cœpit exculpere: cuius morbi quoniam facile contagium eſt: utinã ad te quoq; prurigo commigret & fuco tuæ emendationis adiecto impingas ſpongiam quæ imperfectum opus equi male ſpumantis abſoluat. Ac ne me glorioſum neges cœptos inter prandendum uerſiculos ante cœnæ tempus abſolui. Hoc ẽ dum bibo: & paulo ante q̃ biberem. Sit ergo examen pro materia & tempore. Sed tu quoq; hoc ipſum paulo hilarior & dulcior lege: nanq; iniurium eſt de poeta male ſobrio: lectorem abſthemium iudicare. Neq; me fallit fore aliquem: qui hunc iocum noſtrum acutis naribus & caperata fronte condemnet: negetq; me oĩa: quæ ad ternarium: & nouenariũ numeros pertinent attigiſſe: quem ego uerum dicere fatebor iuſte negabo. Q ippe ſi bonus eſt: quæ omiſi non oblita mihi: ſed præterita exiſtimet. Dehinc qualiſcunq; eſt: cogitet ſecum: q̃ multa de his non reperiiſſet ſi ipſe quæſiſſet. Sciat etiam me nec omnibus erutis uſum: & quibuſdam oblatis abuſum. Q uam multa enim de ternario ſciens neglexi tempora: & perſonas: genera: & gradus: nouem naturalia metra cum trimetris: totam grãmaticã & muſicam: libroſq; medicinos: ter maximũ hermẽ: & amatorem primum philoſophiæ. Varroniſq; numeros: & quicquid prophanum uulgus ignorat. Poſtremo quod facile ẽ cũ ipſe multa inuenerit: comparet ſe: atq; me occupatum cum ocioſo: pranſum cum abſthemio. Iocum & ludum meum: diligentiam & calumniam ſuam. Alius enim alio plura inuenire poteſt: nemo omnia. Q uod ſi alicui & obſcurus uidebor apud eum me ſic tuebere. Primum eiuſmodi epyllia niſi uel obſcura ſint nihil futura: deinde numerorum naturam non eſſe ſcyrpum ut ſine nodo ſint. Poſtremo ſi ẽt tibi obſcurus fuero: cui nihil neq; neglectũ eſt: neq; non intellectũ. Tum uero ego beatus quod affectaui: aſſequar me ut requiras. Me deſideres: de me cogites. Vale.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Crippus ternarii numeri quod bibat ter.

t Er bibe:uel totiens ternos:ſic myſtica lex eſt
Vel tria potanti:uel ter tria multiplicanti,
In paribus nouies ternis contexere cœbum
Iuris idem tribus eſt:quod ter tribus omnia in iſtis
Forma hominis cœpti:pleniq; exactio partus.
Q uiq; nouem nouies fati tenet ultima finis.
Tris ope progeniti fratres tris ordine parcæ,
Veſta:ceres & iuno ſecus muliebre ſorores
Inde triſulca ioui ſunt fulmina:cerberus inde
Inde tridens:triplexq; helenes cum fratribus ouum
Ter noua neſtoreos impleuit purpura fuſos.
Et totiens trino cornix uiuacior æuo
Q uam nouies terni glomerantem ſæcula tractus
Vincunt æripedes ter terno neſtore cerui.
Tris quorum ætates ſuperat phœbeius oſcen:
Q uem nouies ſenior gangeticus anteit ales
Ales cinnam'eo radiatus tempora nido.
Tergemina eſt hecate:tria uirginis ora dianæ
Tris charites:tria fata:triplex uox:trina elementa
Tris in trinacria ſirenes omnia trina'
Tris uolucres:tris ſemideæ tris ſemipuellæ
Ter tribus ad palmam iuſſæ certare camœnis'
Ore:manu:flatu:buxo fide:uoce canentes.
Tris ſophiæ partes:tria punica bella:trimeſtres
Annorum:cæli uices:noctiſq; per umbram
Tergemini uigiles:ter clara inſtantis eoi,
Signa canit ſerus depꝛenſo marte ſatelles
Et qui conceptus triplicatæ ueſpere noctis
Iuſſa quater ternis ſuſpendit opima tropheis
Et lyrici uates numero ſunt in nemoſinarum
Tris ſolas quondam tenuit quas dextera phœbi
Sed cytheron totiens ternas ex ære ſacrauit
Religione patrum quis experuiſſe timebant
Trina tarentino celebrata trinoctia ludo.
Q ualia bis genito:thebis trieterica baccho
Tris primas thracum pugnas:tribus ordine ſellis
Iuniadæ patri inferias miſerere ſepulchro
Illa etiam thalamos per trina ænigmata quæres:
Q ui bipes:& quadrupes foret:& tripes omnia ſolus
Terruit aoniam uolucris leo:uirgo triformis
Sphinx uolucris pēnis:pedibus fera:fronte puella
Trina in tarpeio fulgent conſortia templo
Humana efficiunt habi tacula tergenus arces

Pari-tibus qui ſaxa locant:qui culmine tigna,
Et qui ſupremo fucat tectoria cultu
Hinc bromii quadrantal & hinc ſicana medimna
Hoc tribus:hoc geminis tribus explicat uſus agendi
In phyſicis tria prima deus:mundus data forma
Tris genus omnigenum genitor genitrix generatum
Per trinas ſpecies:trigonorum linea currit
Aequilatus uel crure parit:uel nominis impar
Tris coit in partes numerus perfectus ut idem
Cum grege ter trino per ter tria diſſoluatur
Tris primus par impar habet mediumq;:ſed ipſe
Q ui medius quinq; & ſeptem quoq; diuidit unus
Et numero in toto poſitus ſub acumine centri
Diſtinguit ſolidos cœbo pereunte trientes
Aequipares dirimens partes ex impare terno
Et paribus triplex medium cum quattuor:& ſex
Biſq; quaternorum ſe cernitur omphalos idem
Ius triplex:tabulæ quod ter ſanxere quaternæ
Sacrum priuatum:& populi cōmune quod uſq̄ eſt
Interdictorum trinum genus:unde repulſus
Vi fuero:aut utrobi fuerit quorum ue bonorum.
Triplex libertas:capitiſq; minutio triplex
Trinum dicendi genus'eſt:ſublime:modeſtum
Et tenui filo:triplex quoq; forma medendi
Q uæ logos aut methodos:cuiq; experientia nomen
Et medicina triplex:ſeruare:cauere:mederi
Tris oratorum cultus regnata coloſſo
Q uem rhodos acteæ quem dilexiſtis athenæ,
Et quem de ſcænis tetrica ad ſubſellia traxit
Pro a aliæ in cauſis numeros imitata chororum
Orpheus in tripodes:quia ſunt tria:terra:aqua:flāmæ
Triplex ſyderibus poſitus diſtantia forma
Et modus & genitrix modulorum muſica triplex
Mixta liberis:ſecreta aſtris:uulgata theatris
Martia roma triplex:equitatu:plebe:ſenatu.'
Hoc numero tribus:& ſacro de monte tribuni
Tris equitum turmæ:tria nomina nobiliorum
Nomina ſunt cordis tria:ſunt tria nomina menſi
Geryones triplices:triplex compago chimeræ
Scylla triplex commiſſa tribus:cane:uirgine:piſce:
Gorgones harpyæq; & erinyies agmine terno
Et trifatidicæ nomen commune ſibyllæ
Q uarum tergemini fatalia crimina'libri
Q uos terquinorum ſeruat cultura uirorum

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Ter bibe:tris numerus ſuper omnia ter deus unus
Hic quoq; ne ludus numero tranſcurrat inerti
Ter decies ternos habeat decieſq; nouennos.

Finit technopegnion liber primus. Incipit cento nuptialis. Auſonius Paulo Salutem.

q Erlege hoc etiam ſi opere eſt friuolum:& nullius precii opuſculum: quod nec labor excutit nec cura limauit: ſine ingenii acumine: & more maturitate. Centonem uocant qui primi hac concinnatione luſerunt. Solæ memoriæ negocium ſparſa colligere & integrare lacerata. Quod ridere magis q̄ laudare poſſis. Pro quo ſi p ſigillaria in auctione uenerit: neq; Afraunius nauci daret nec ſticum ſuum Plautus offerret. Piget einm uirgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehoneſtaſſe materia. Sed quid facerē iuſſum erat. Quodq; eſt potentiſſimum imperandi genus. Rogabat qui iubere poterat.s. Imperator Valentinianus uir meo iudicio eruditus. qui nuptias quondam eiuſmodi ludo deſcripſerat aptis equidem uerſibus & compoſitione feſtina. Experiri deinde uolens quantum noſtra contentione præcelleret. Simile nos de eodem concinnare præcepit. Quam ſcrupuloſum hoc mihi fuerit intellige:neq; anteferri uolebam neq; poſt haberi:cum aliorū quoq; iudicio detegenda eſſet adulatio inepta ſi cederē:inſolentia ſi ut æmulus eminerem. Suſcepi igitur ſimilis recuſanti:fœliciterq; & obnoxi9 gratiam tenui: nec uictor offendi: hoc die uno & addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum reperiſſem. Tanta mihi candoris tui & amoris fiducia eſt:ut ſeueritati tuæ nec ridenda ſubtraherem. Accipe igitur opuſculum de inconnexis continuum de diuerſis unum de ſeriis ludicrum:de alieno noſtrum ne in ſacris & fabulis aut thyonianum mireris aut uirbium: illum de Dionyſio hunc de Hyppolito reformatum:& ſi pateris ut doceam docēdus ipſe cento quid ſit:abſoluam. Variis de locis ſenſibuſq; diuerſis quædam carminis ſtructura ſolidatur in unum uerſum ut coeant: aut cæſi duo aut unus & ſequens cū medio. Nam duos iunctim locare ineptum eſt:& tres una ſerie meræ nugæ. Diffunditur autem per cæſuras omnes: quas recipit uerſus heroicus:conuenire ut poſſit aut pentimemeris cum reliquo anapeſto: aut trocaicæ cū poſteriore ſegmento:aut ſeptem ſemipedes cū anapeſtico chorico:aut poſt dactilum atq; ſemipedem quicquid reſtat hexametro ſimile ut dicas ludicro: quod græci ſtomachion uocauere. Oſſicula ea ſunt ad ſummam quattuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim equilatera uel triquetra extentis lineis:aut frontis angulis uel obliquis iſſoſcele ipſi uel ſopleura uocant orthogonia quoq; & ſcalena harum uerticularum uariis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum. Elephantus bælua aut aper beſtia anſer uolans & mirmillo in armis ſubſidens uenator & latrans canis qui & turris & cantarus & alia huiuſmodi innumerabilium figurarum:quæ alius alio ſcientius uariegant. Sed peritorum concinnatio miraculum eſt imperitorum iunctura ridiculum. Quo prædicto ſcies:quod ego poſteriorē imitatus ſum. Hoc ergo centonis opuſculum ut ille ludus tractatur pari modo ſenſus diuerſi ut congruant adoptiua quæ ſunt ut cognata uideātur alienum ne interluceant arceſſita ne uim redarguant. Denſa ne ſupra modum protuberent:hiulca ne pateant quæ ſi omnia ita tibi uidebuntur:ut præceptum eſt dices me compoſuiſſe centonem:& quia ſub imperat:metum merui procedere:mihi inter frequentes ſtipendium iubebis. Sin aliter ære dirutum facies:ut cumulo carminis in fiſcum ſuum redacto:redeant uerſus unde uenerunt. Vale.

## Præfacio.

a Ccipite hæc animis:lætaſq; aduertite mentes
Ambo animis ambo inſignes præſtātibus armis
Ambo florentes genus inſuperabile bello.
Tuq; prior:nam te maioribus ire per altum
Auſpiciis manifeſta fides:quo iuſtior alter
Nec pietate fuit nec bello maior & armis
Tuq; puerq; tuus magnæ ſpes altera romæ
Flos ueterum:uirtuſq; uirum mea maxima cura
Nomine auum referens animo manibuſq; parentem
Non iniuſſa cano:ſua cuiq; exorſa laborem
Fortunamq; ferent;mihi iuſſa capeſcere fas eſt.

## Cœna nuptialis.

e Xpectata dies aderat digniſq; hymeneis
Matres atq; uiri iuuenes ante ora parentum
Conueniunt:ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro:
Dant famuli manibus lymphas:onerantq; caniſtris
Dona laboratæ cereris:pinguiſq; ferinæ
Viſcera toſta ferunt:ſeries longiſſima rerum
Alituum pecudumq; genus:capreæq; ſequaces
Non abſunt illic:nec aues hædiq; petulci:
Et genus æquoreum dammæ:ceruiq; fugaces
Ante oculos:interq; manus ſunt mitia poma
Poſtq̄ exempta fames & amor compreſſus edendi
Crateras magnos ſtatuunt:bacchumq; miniſtrant.
Sacra canunt plaudunt choreas & carmina dicunt.
Nec non threcius longa cum ueſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum
At parte ex alia biforem dat tibia cantum
Omnibus una quies operum:cunctiq; relictis
Conſurgunt menſis per lumina læta frequentes
Diſcurrunt:uariantq; uices populuſque patreſque
Matronæ pueri uocemque per ampla uolutant
Atria;dependent lichni laquearibus aureis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

### Deſcriptio egredientis ſponſæ.

t Andem progreditur ueneris iuſtiſſima cura
Iam matura uiro iam plenis nubilis annis
Virginis os habitumq; gerens: cui plurimus ignem
Subiecit rubor & calefacta per ora cucurrit
Intentos uoluens oculos uritq; uidendo
Illam omnis tectis: agriſq; effuſa iuuentus
Turbaq; miratur matrum ueſtigia primi
Alba pedis: dederatq; comam diffundere uentis
Et picturatas auri ſub tegmine ueſtes
Ornatus argiuæ helenæ
Cælicolis & quanta ſolet uenus aurea contra
Talis erat ſpecies talem ſe læta ferebat
Ad ſoceros: ſolioq; alte ſubnixa reſedit.

### Deſcriptio egredientis ſponſi.

a T parte ex alia foribus ſeſe intulit altis
Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta
Pictus acu chlamydem auratam quam plurima circū
Purpura: meandro duplici mœlibea cucurrit
Et tunicam: molli mater quam neuerat auro
Os humeroſq; deo ſimilis lumenq; iuuentæ
Qualis ubi oceani perfuſus lucifer unda
Extulit os ſacrum cælo: ſic ora ferebat
Sic oculos: curſuq; amens ad limina tendit.
Illum turbat amor: figitq; in uirgine uultus
Oſcula libauit. Dextramq; amplexus inhæſit.

### Oblatio munerum.

i Ncedunt pueri: pariterq; ante ora parentum
Dona ferunt pallam ſignis auroq; rigentem
Munera portantes auriq; eboriſq; talenta
Et ſellam & pictum croceo uelamen achanto
Ingens argentum menſis: colloq; monile
Bacchatum & duplicem gemmis auroq; coronam
Olli ſerua datur geminiq; ſub ubere nati.
Quattuor hic iuuenes totidem innuptæq; puellæ
Omnibus in morem tonſa coma: pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

### Epithalamium utriq;.

t Vm ſtudio effuſæ matres ad limina ducunt
At chorus æqualis pueri innuptæq; puellæ
Verſibus incomptis ludunt: & carmina dicunt
ō digno coniuncta uiro gratiſſima coniunx
Sis fœlix: primos lucinæ experta labores
Et mater. Cape meonii carcheſia bacchi
Sparge marite nuces: cinge hæc altaria uitta
Flos ueterum uirtuſq; uirum tibi ducitur uxor
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat & pulchra faciat te prole parentem.
Fortunati ambo: ſi quid pia numina poſſunt
Viuite fœlices: dixeruut currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine parcæ.

### Ingreſſus in cubiculum.

p Oſtq̄ eſt in thalami pendentia pumice tecta
Peruentū licito tandem ſermone fruuntur.
Congreſſi iungunt dextras: ſtratiſq; reponunt.
At cytherea nouas artes & pronuba iuno
Sollicitat. Suadetq; ignota laceſſere bella.
Ille ubi complexu molli fouet atq; repente
Accepit ſollitam flammam lectumq; iugalem.
ō uirgo noua mi facies gratiſſiuia coniunx
Veniſti tandem mea ſola & ſera uoluptas
ō dulcis coniunx non hæc ſine numine diuum
Proueniunt placido ne etiam pugnabis amori?
Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur
Cunctaturq; metu: telumq; inſtare tremiſcit
Spemq; metumq; inter: funditq; has ore loquellas
Per te per qui te talem genuere parentes
ō formoſe puer noctem non amplius unam
Hanc: tu ore: ſolare inopem & miſerere precantis
Succidimus non lingua ualet: non corpore notæ
Sufficiunt uires: nec uox aut uerba ſequuntur.
Ille aatem cauſas nequicq̄ nectis inanes
Præcipitatq; moras omnis ſoluitq; pudorem.

### Parecbaſis.

h Actenus caſtis auribus audiendū miſteriū nuptiale ambitu loquendi & circuitione uelaui. Verū quoniā & feſceninos amat celebritas nuptialis: uerborūq; petulantiā notus uetere iſtituto ludus admitit: cætera quoq; cubiculi & lectuli opera prodentur ab eodem auctore collecta: ut bis erubeſcamus. Qui & Virgilium faciamus impudētem uos ſi placet; hic iam legendi modum ponite; cætera curioſis relinquite.

### Imminutio.

p Oſtq̄ congreſſi ſola ſub nocte per umbram
Et mentem uenus ipſa dedit; noua prœlia temptant



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Tollit ſe arrectum: conantem plurima fruſtrā
Occupat os faciemq; pedem pede feruidus urget
Perfidus alta petens ramum qui ueſte latebat
Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem.
Nudato capite & pedibus per mutua nexis
Monſtrum horrendū informe ingēs: cui lumē adeptū
Eripit a femore: & trepidanti feruidus inſtat.
Eſt in ſeceſſu tenuis quo ſemita ducit
Ignea rima micans exhalat opaca mephytim
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.
Hic ſpecus horrendum: talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens nares contingit odore
Huc iuuenis nota fertur regione uiarum
Et ſuper incumbens nodis & cortice crudo
Intorquet ſummis adnixus uiribus haſtam
Hæſit: uirgineumq; alte bibit acta cruorem
Inſonuere cauæ gemitumq; dedere cauernæ
Illa manu moriens telum trahit: oſſa ſed inter
Altius ad uiuum perſedit uulnere mucro
Ter ſeſe attollens cubitoq; innixa leuauit
Ter reuoluta toro eſt: manet imperterritus ille
Nec mora nec requies: clauumq; affixus & hærens
Nuſq̄ amittebat: oculoſq; ſub aſtra tenebat
Itq; reditq; uiam totiens uteroq; recuſſo
Tranſadigit coſtas & pectine pulſat eburno
Iamq; fere ſpatio extremo feſſiq; ſub ipſam
Finem aduentabant: tum creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit: ſudor fluit undiq; riuis
Labitur exanguis: deſtillat ab inguine uirus
Contentus eſto Paule mi.
Laſciua eſt Paule pagina
Ridere nil ultra expeto

s Ed cum legeris: adeſto mihi aduerſum eos. Q ui ut Iuuenalis ait curios ſimulant: & Bacchanalia uiuunt: ne fortaſſe mores meos ſpectēt de carmine: laſciua eſt nobis pagina: uita proba: ut Plinius dicit. Meminerunt autem quippe eruditi probatiſſimo uiro Plinio in poematis laſciuiam in moribus conſtitiſſe cenſuram: prurire opuſculum Sulpitii: nec frontem caperare eſſe apuleium in uita Phyloſophū inepti grāmatis amatorem. In præceptis omnibus extare ſeueritatē in epiſtolis ad cerelliā ſubeſſe petulātiā. Platonis ſympoſion compoſita in ephœbos epyllia continere. Nam quid anniani feſceninos. Q uid antiquiſſimi poetæ lēuii erothopegnion libros loquar? Q uid euentum quem Menander ſapientem uocauit: quid ipſum menādrum? Q uid comicos oēs? quibus ſeuera uita eſt & læta materia? Q uid etiam parthenien dictum cauſa pudoris: qui. viii. æneidos cū deſcriberet coitum ueneris atq; uulcani Αἰσχροσεμνίαν decenter immiſcuit? Q uid. i. iii. Georgicorū de ſummiſſis in gregē maritis nōne obcœnā ſignificationē honeſta uerbo℞ tranſlatione uellauit? Et ſi quid in noſtro ioco aliquo℞ hoīum ſeueritas ueſtita condemnat: de uirgilio accerſitū ſciat. Igitᷓ cui hic ludus noſter non placet: ne legerit. Aut cū legerit obliuiſcatur: aut nō oblitus ignoſcat & enim fabula de nuptiis eſt: & uelit nolit aliter hæc ſacra non conſtant.

Auſonius. Theonii ſalutem.

a Vſonius: cuius ferulam nunc ſceptra uerentur
Paganum e medulis iubeo ſaluere theonem
Q uid geris extremis poſitus telluris in oris
Cultor arenarum uates? cui litus arandum
Oceani finem iuxta ſolemq; cadentem
Vilis harundineis cohibet quem pergula tectis
Et tingit piceo lachrymoſa colonica fumo
Q uid rerum muſæq; gerunt & cantor apollo?
Muſæ non helicone ſatæ nec fonte caballi.
Sed quæ facundo de pectore clementini
Inſpirant uacuos aliena mente poetas
Iure quidem nam cur malit ſua carmina dici
Q ui te ſecuro poſſit proſcindere riſu
Hæc quoq; ne noſtrum poſſint urgere pudorem
Tu recita: & uere poterunt tua dicta uideri
Q uam tamen exercens medulo℞ in littore uitam?
Mercatus ne agitas leuiore numiſmate captans
Inſanis quod mox pretiis grauis auctio uendat
Albentis ſeui globulos & pinguia cæræ
Pondera naritiamq; picem ſciſſamq; papyrum
Fumanteſq; olidum paganita lumina tedas?
An maiora gerens tota regione uagantes
Perſequeris fures? qui te poſtrema timentes
In partem prædamq; uocant: Tumidis & oſor
Sanguinis humani condonas præmia nummis
Erroremq; uocas: preciumq; imponis abactis
Bobus: & in partem ſcelerum de iudice tranſis
An cum fratre uagos dumeta per auia ceruos
Circundas maculis: & multa indagine pinnæ
Aut ſpumantis apri curſum clamoribus urges?
Subſidiſq; fero. Moneo tamen uſq; recuſus.
Stringere fulmineo uenabula comminus hoſti.
Exemplum de fratre time: qui ueſte reducta
Oſtentat fœdas prope turpia membra lacunas
Percuſſaſq; nates uicino podice nudat
Inde oſtentator uolitat mirentur ut ipſum



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Gedippa urſinuſq; ſuus proleſq; iouini
Taurinuſq; ipſum priſcis heroibus æquans
Q ualis in olenio uictor calidonius apro
Aut erimantheo pubes fuit attica monſtro
Sed tu parce feris uenatibus: & fuge nota
Carmina ſiluarum: ne ſis cinareia proles
Accedaſq; iterum ueneri plorandus adonis
Sic certe crinem flauus niueoſq; lacertos
Cæſariem rutilam per candida colla refundis
Pectore ſic tenero plana ſic iunceus aluo
Per teretes feminum Gyros ſuraſq; nitentes
Deſcendas talos a uertice pulcher ad imos
Q ualis floricoma quondam populator in ætna
Virgineas inter choreas deoida raptam
Suſtulit emerſus ſtygiis fornacibus orcus.
An quia uenatus ob tanta pericula uitas
Piſcandi traheris ſtudio nam tota ſupellex
Dum notinitalæ ſolita eſt oſtendere gazas
Nodoſas ueſtes animantum nerinorum
Et iacula & fundas & nomina bellicani
Collaq; & inſutos terrenis uermibus hamos
His opibus confiſe tumes: domus omnis abundat
Littoreis diues ſpoliis: referuntur ab unda
Corrhoco: lætaliſq; trigon: molleſq; plateſſe
Vrentes thynni & male tecti ſpina legatri
Nec duraturi poſt bina trihoria corui
An te carminibus iuuat inceſtare coronas
Mnemoſines: natas aut tris: aut octo ſorores
Et quoniam huc uentum: ſi uis agnoſcere quid ſit.
Inter doctrinam deridendaſq; camœnas
Accipe congeſtas myſteria friuola nugas
Q uas tamen explicitis nequeas deprendere chartis
Anticyramq; bibas ſamii lucumonis acumen.

Hi uerſus erant; ut reor: endecaſyllabi.
a Vt adſit interpres tuus: ænigmatū qui cognitor fuit meorum
Cum tibi cadmi nigellas filias mellonis albam
Paginam notaſq; furue ſepiæ cnidioſq; nodos prodidit
Nunc adſit & certe modo præſul creatus litteris
Enucleabit promptius. Q uod militantes ſcribimus.

Item alii endecaſyllabi.
n Otos fingo tibi poeta uerſus:
Q uos ſcis ændecaſyllabos uocari.

Sed neſcis modulis tribus moueri
Iſtos compſuit phalecus olim.
Q ui pentimemerem habent priorem
Sunt quos exametri creant reuulſi
Vt pentimemeres prior locetur
Tum quod buco licet pone relinquit.
Sunt: & quos generat pulla ſappho
Q uos primos regit hippius ſecundus
Vt claudat choriambon antibrachus
Sed iam non poteſt oſtolo doceri.
Nec fas eſt mihi regio magiſtro.
Plebeam numeros docere pulpam.
Verum protinus ede: quod requiro.
Nil quero niſi quod libris tenetur
Et quod non opicæ tegunt papyri
Q uaſi ſolueris ō poeta nugas
Totam trado tibi ſimul uacunam
Nec iam poſt metues ubiq; dictum
Hic eſt ille theon poeta falſus
Bonorum mala carminum lauerna.

Auſonius paulino ſalu. plu. di.
p Aulino Auſonius: metrū ſic ſuaſit: ut eſſes
Tu prior: & nomen prægrederere meum
Q uanq̄ & faſtorum titulo prior: & tua Romæ
Præceſſit noſtrum Sella curulis ebur
Et quæ iamdudum tibi palma poetica pollet
Lemniſco ornata eſt quo mea palma caret
Longeuæ tantum ſuperamus honore ſenectæ
Q uid refert: cornix non ideo ante cygnum.
Nec quia mille annos uiuit gangeticus ales
Vincit centum oculos regia pauo tuos
Cedimus ingenio: quantum præcedimus æuo
Aſſurgit muſæ noſtra camœna tuæ
Viue; uale & totidem uenturos condere ianos
Q uot tuus aut noſter conſeruere patres

Incipit præcatio matutina ad omnipotentem deum.
o Mnipotens quem mente colo pater unice rex
Ignorate malis & nulli ignote piorum
Principio extremoq; carens antiquior æuo
Q uod fuit aut ueniet; cuius formamq; modumq;
Nec mens complecti poterit nec lingua profari
Cernere quem ſolus; coramq; audire iubentem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Fas habet & patriam propter conſidere dextram
Non genito genitore deus: qui fraude ſuperbi
Offenſus populi gentes in regna uocauit
Stirpis adoptiuæ meliore propage colendus
Cernere quem licuit proauis quo numine uiſo
Et patrem uidiſſe datum: contagia noſtra
Qui tulit: & diri paſſus ludibria lœti
Eſſe iter æternæ docuit remeabile uitæ
Nec ſolam remeare animam ſed corpore toto
Cæleſtes intrare plagas & inane ſepulchri
Arcanum uacuis adopertum linquere terris
Nate patris ſummi noſtroq; ſalutifer æuo
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes
Nil ex inuidia retinens plenuſq; datorum
Pande uiam precibus: patriaſq; hæc ꝑfer ad aures
Da pater inuictam contra omnia crimina mentem
Vipereumq; nefas nocituri auerte ueneni
Sit ſatis antiquam ſerpens quod prodidit æuam
Deceptumq; adiunxit adam nos ſera nepotum
Semina ueridicis æ as prædicta prophetis
Vitemus laqueos: quos lœtifer implicat anguis.
Pande uiam: qua me poſt uincula corporis ægri
In ſublime feram puri qua lactea cæli
Semita uentoſæ ſuperat uaga nubila lunæ
Qua proceres abiere pii: quaq; integer olim
Raptus quadriiugo penetrat ſuper æthera curru
Helias & ſolido cum corpore præuius enoch
Da pater æterni ſperatam luminis auram
Si lapides non iuro: deos unumq; uerendi
Suſpiciens altare ſacræ libamina uitæ.
Intemerata fero: ſi te dominiq; deiq;
Vnigene cognoſco patrem mixtumq; duobus
Qui ſuper æquoreas uolitabat ſpiritus undas
Da genitor ueniam: cruciataq; pectora purga.
Si te non pecudum fibris non ſanguine fuſo.
Quæro nec carnis numen coniecto ſub extis
Si ſcelere abſtineo errori obnoxius: & ſi
Opto magis q̄ fido bonus puruſq; probari
Confeſſam dignare animam: ſi membra caduca
Execror: & tacitum ſi pœnitet altaq; ſenſus
Formido excruciat tormentaq; ſera gehennæ
Anticipat: patiturque ſuos mens ſaucia manes.
Dat pater huic noſtro fieri rata uota precatu
Nil metuam cupiamque nihil: ſatis hoc rear eſſe
Quod ſatis eſt: nil turpe uelim: nec cauſa pudoris
Sim mihi: nec faciam cuiq̄ quæ tempore eodem
Nolim facta mihi: nec uero crimine lædar
Nec maculer dubio: paulum diſtare uidetur
Suſpectus ueræq; reus male poſſe facultas
Nulla ſit: & bene poſſe adſit tranquilla poteſtas
Sim tenui uictu atq; habitu ſim carus amicis
Et ſemper genitor ſine uulnere nominis huius
Non animo doleam non corpore cuncta quietis
Fungantur membra officiis nec ſautius ullis
Partibus amiſſum quicq̄ deſideret uſus
Parce fruar: ſecurus agam miracula terræ
Nulla putem: ſuprema mihi cum uenerit hora
Nec timeat mortem bene conſcia uita: nec optet
Purus ab occultis cum te indulgente uidebor
Omnia deſpiciam: fuerit cum ſola uoluptas
Iudicium ſperare tuum: quod dum ſua differt
Tempora: cunctanturq; dies: procul exige ſæuo
Inſidiatorem blandis erroribus anguem
Hæc pia ſed mœſto trepidantia uota reatu
Chriſte apud æternum placabilis aſſere patrem
Saluator deus ac dominus mens gloria uerbum
Filius ex uero uerum de lumine lumen.
Aeterno cum patre manens in ſæcula regnans
Conſona quem celebrat modulato carmine plebes
Et reſponſuris ferit aera uocibus Amen.

Finit precatio matutina. Incipit epicedion in partem de uita ſua.

n Omen ego auſonius non ultimus arte medendi:
Et mea ſi noſces tempora: primus eram.
Vicinas urbes colui patriaq; domoq;
Vaſſates patria: ſed lare burdigalam.
Curia me duplex & uterq; ſenatus habebat
Muneris exortem nomine participem.
Non locuples nec egens partus ſine ſordibus egi
Victum habitum mores ſemper eadem habui.
Sermone impromptus latio: uerum attica lingua
Suffecit culti uocibus eloquii
Obtuli opem cunctis poſcentibus artis inemptæ
Officiumq; meum cum pietate fuit
Litibus abſtinui: non auxi non minui rem
Indice me nullus ſed neq; teſte perit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Famam: quæ poſſet uitam lacerate bonorum
Non fixi: & uera ſi qua fuit: tacui
Iraſci promptus properaui condere motum
Atq; mihi pœnas pro leuitate dedi
Coniugium per luſtra nouem ſine crimine conſors
Vnum habui: natos tris numero genui
Maximus ad ſummum culmen peruenit honorum
Præfectus gallis & lybiæ & latio.

In genitore ſuo mente animoq; pater
Cuius ego: & natum & generum pro conſule uidi
Conſul ut ipſe foret: ſpes mihi certa fuit
Matronale decus poſſedit filia: cuius
Egregia: & nuptæ laus erat & uiduæ
Quæ nati generiq; & progeneri ſimul omnũ
Multiplici illuſtres uidit honore domos
Ipſe nec affectans nec detrectator honorum
Præfectus magni nuncupor illyrici
Hæc me fortunæ larga indulgentia ſuaſit
Numine adorato uitæ abitum petere
Ne fortunatæ ſpacium inuiolabile uitæ
Fatali admorſu ſtringeret ulla dies
Obtinui: auditæq; præces: ſpem uota: timorem
Sopitus placido fine relinquo aliis.
Inter mœrentes ſed non ego mœſtus amicos
Diſpoſitis iacui funeris arbitriis
Nonaginta annos baculo ſine corpore toto
Exegi cunctis integer officiis.
Hæc quicunq; leges: non aſpernabere fari
Talis uita tibi: qualia nota mihi.

Finit epicedion. Incipit protrepticus. Auſonius Heſperio filio ſuo.

l Ibellum: quem ad nepotulum meum ſororis tuæ filium iſtar protreptici luſeram uenturus ipſi promiſi legendum. Hoc enim malui q̃ ipſe recitare. eſſet: ut tibi cenſura liberior quæ duabus cauſis impediri ſolet. Quod aures noſtras audita uelocius q̃ lecta prætereunt eo quod ſinceritas iudicandi præſentia recitantis oneratur: nunc tibi utrunq; integrum (non obſtat noſtri uerecundia) ſed heus tu fili dulciſſime habeo quod admoneam ſi qua tibi multo ſint fucacius concinata q̃ uerius: & plus coloris q̃ ſucci habere uideantur. Ipſe ſciens fluere permiſi uenuſtula ut eſſet magis q̃ forticula inſtar uirginum quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe iuncto pectore eſſe: dicas q; moraris iudicationem meam de eo quod ipſe pronuncias eſſe mendoſum? dicam. s. me huiuſmodi uerſibus foris erubeſcere; hæc annis illius magiſq̃ meis ſcripſi aut fortaſſe & meis dicas ϖαι Λεσ γεροντεσ ad ſũmã ualeat auſteritas tua mihi cũ inſtante ratio eſt. Vale fili dulciſſime.

Ad nepotem Auſonius de ſtudio puerili.
s Vnt etiam muſis ſua ludicra mixta camœnis
Otia ſunt mellite nepos: nec ſemper acerbi
Exercet pueros uox imperioſa magiſtri
Sed requies: ſtudiiq; uices rata tempora ſeruant
Et ſatis eſt puero memori legiſſe libenter
Et ceſſare licet: grato ſchola nomine dicta eſt
Iuſta labori feris tribuantur ut ocia muſis.
Quo magis alternum certus ſuccedere ludum
Diſce libens: longum delaniatura laborem
Interualla damus: ſtudium puerile fatiſcit
Læta niſi auſteris uarientur feſta pro feſtis
Diſce libens: tetrici nec præceptoris habenas
Deſtetere nepos: nunq̃ horrida forma magiſtri
Ille licet triſtis ſenio nec uoce ſerenus
Aſpera contractæ minitetur iurgia frontis
Nunq̃ immanis erit: placet aſſuetudine uultus
Qui ſemel imbuerit: rugas nutricis amabit
Qui refugit matrem. Pappos auiaſq; trementes
Anteferunt paribus ſeri noua cura nepotes
Sic neq; peliden terrebat achillea chyron
Theſſalico permixtus equo: nec pinifer athlas
Amphitrioniaden puerum: ſed blandus uterq;
Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos.
Tu quoq; ne metuas: quanuis ſchola uerbere multo
Increpet: & truculenta ſenex gerat ora magiſter
Degeneres animos timor arguit: at tibi conſta
Intrepidus: nec te clamor plagæq; ſonantes
Nec matutinis agitet formido ſub horis.
Quod ſceptra uibrat: ferulæ quod multa ſuppellex
Virgea quod mollis ſcuticam prætexit aluta:
Quod feruent trepido ſubſellia ueſtra tumultu.
Pompa loci & uani fugiatur ſcæna timoris
Hæc olim genitorq; tuus: genitrixq; ſecuti
Securam placido mihi permulſere ſenectam.
Tu ſenium quodcunq; ſuper labentibus annis
Fata dabunt: qui nomen aui geris indole prima
Prime nepos: uel re: uel ſpe mihi porge fruendum
Nunc ego te puerum mox in iuuenilibus annis
Iamq; uirum cernam. Si ſors ita iuſſerit: aut ſi
Inuidia eſt: ſperabo tamen: nec uota fatiſcent.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Vt patris utq; mei non immemor ardua ſemper
Præmia muſarum capias facundus: & olim
Hac gradiare uia qua nos præceſſimus: & cui
Proconſul genitor præfectus auunculus inſtant
Perlege quodcunq; eſt memorabile: prima monebo
Perlege quodcunq; eſt memorabile ut tibi proſit
Conditor illiados & amabilis orſa menandri
Euoluenda tibi: tu flexu & acumine uocis
Innumeros numeros doctis accentibus offer.
Affectuſq; impone legens: diſtinctio ſenſum
Auget: & ignauis dant interualla uigorem.
Hæc quando iſta meæ contingent dona ſenectæ
Quando oblita mihi tot carmina totq; per æuum
Connexa hiſtoriæ ſoccos auleaq; regum
Et melicos lyricoſq; modos præfando nouabis.
Obductoſq; ſeni facies pueraſcere ſenſus
Te præeunte nepos modulata poemata flacci
Altiſonumq; iterum fas eſt didiciſſe maronem
Tu quoq; qui latium lecto ſermone terenti
Comis: & aſtricto percurris pulpita ſocco
Ad noua uix memorem deuerbia coge ſenectam
Iam facinus catilina tuum lepidiq; tumultum
Ab lepido & catulo iam res & tempora romæ
Orſus biſſenos ſeriem connecto per annos
Iam lego ciuili mixtum mauorte duellum
Mouit quod ſocio ſertorius exul ibero
Nec rudis hoc auus admoneo: ſed mille docendo
Ingenia expertus multos lactantibus annis
Ipſe alui: gremioq; fouens & murmura ſoluens
Eripui tenerum blandis nutricibus æuum
Mox pueros molli monitu & formidine leni
Pellexi: ut mites peterent per acerba profectus.
Capturi dulcem fructum radicis amaræ
Idem ueſticipes motu iam puberis æui:
Ad mores arteſq; bonas fandiq; uigorem
Produxi: q̄q̄ imperium ceruice negarent
Ferre nec inſertis præberent ora lupatis.
Ardua temperies dura experientia rarus
Euentus longo rerum ſpectatus ab uſu
Vt regat indocilem mitis cenſura iuuentam
Quæ tolerata mihi donec iam ærumna iuuaret
Lenireq; uſum bona conſuetudo laborum.
Donec ad auguſtæ pia munera diſciplinæ
Accirer: uarioq; accingerer auctus honore

Aurea cum patre mihi pallatia iuſſum
Abſiſtat nemeſis: ferat & fortuna iocantem
Præſedi imperio dum prætextatus in oſtro
Et ſceptro & ſolio præfert ſibi iura magiſtri
Maioreſq; putat noſtros auguſtus honores
Quos mox ſublimi maturus protulit auctu
Queſtor ut auguſtus patri natoq; crearer.
Vt præfecturam duplicem ſellamq; curulem
Vt trabeam pictamq; togam mea præmia conſul
Induerer: faſtiſq; meis prælatus haberer.
His ego quæſiui meritum q̄ grande nepoti
Conſul auus: lumenq; tuæ præluceo uitæ
Quanuis & patrio iamdudum nomine clarus
Poſſes ornatus: poſſes honoratus haberi
Acceſſit tamen ex nobis honor inclytus: hunc tu
Effice: ne ſit onus: per te ut connixus in altum
Conſcendas: ſpereſq; tuos te conſule faſces.

Finit protrepticus. Incipit æglogarum liber.
Auſonius Gregorio filio Salutem.

a Nunq̄ uidiſti nebulam pictam in pariete? uidiſti utiq; & meminiſti. treuiri quippe i triclinio zoili fucata eſt pictura hæc: cupidinem cruci affigunt mulieres amatrices non iſtæ de noſtro ſæculo. Quæ ſponte peccāt Sed illæ heroicæ: quæ ſibi ignoſcunt: & plectunt deum: quarum partē in lugentibus campis maro noſter enumerat: hanc ego imaginem ſpecie & argumento miratus ſum. Deniq; mirandi ſtuporem tranſtuli ad ineptiam poetādi mihi propter lemma: nihil placet. Sed commendo tibi errorem meū: neruos noſtros & cicatrices amamus: nec ſoli noſtro uitio peccaſſe contenti affectamus: ut amentur. Verum quid ego huic æglogæ ſtudioſe patrocinor? certus ſum: quodcunq; meum ſcieris amabis: quod magis ſpero q̄ ut laudes Vale. ac dilige parentem.

Auſonii ægloga in qua cupido cruciatur.

a Eris in campis memorat quo muſa maronis
Myrteus amentes ubi lucus opacat amantes
Orgia ducebant heroides: & ſua quæq;
Vt quondam occiderant: læti argumenta gerebant
Errantes ſilua in magna & ſub luce maligna
Inter arundineaſq; comas grauidumq; papauer
Et tacitos ſine labe lacus ſine murmure riuos
Quorum per ripas nebuloſo lumine marcent
Fleti olim regum & puerorum nomina flores
Mirator narciſſus & œbalides iacynthus
Et crocus auricomans & murice pictus adonis

Et tragico ſcriptus gemitu ſalaminius æas
Omnia quæ lachrymis & amoribus anxia mœſtis
Exercent memores obita iam morte dolores:
Rurſus in amiſſum reuocant heroidas æuum.
Fulmineos ſemele decepta puerpera partus
Deflet & ambuſtas latera per inania cunas
Ventilat ignauum ſimulati fulguris ignem
Irrita dona querens: ſexu gauiſa uirili
Mœret in antiquam ceneis reuocata figuram
Vulnera ſiccat adhuc procris cephaliq; cruentam
Diligit & percuſſa manum: fert fumida teſtæ
Lumina ſeſtiaca præceps de turre puella.
Et de nymboſo ſaltum leucate minatur
Hermione cultus eriphyles mœſta recuſat
Infœlix nato nec fortunata marito.
Tota quoq; aeriæ minoia fabula cretæ
Picturarum inſtar tenui ſub imagine uibrat
Paſiphæ niuei ſequitur ueſtigia tauri.
Litia fert glomerata manu deſerta ariadne.
Reſpicit abiectas deſperans phedra tabellas
Hæc laqueum gerit: hæc uanæ ſimulacra coronæ
Dedaliæ pudet hanc latebras ſubiiſſe iuuentæ.
Præreptas queritur per inania gaudia noctes
Laodomia duas uiui functiq; mariti
Parte truces alia ſtrictis mucronibus omnes
Et tyſbe & canace: & ſydonis horret eliſſa
Coniugis hæc hæc patris & hæc gerit hoſpitis enſem
Erat & ipſa olim qualis per lamia ſaxa
Endimioneos ſolita affectare ſopores
Cum face & aſtrigero diademate luna bicornis
Centum aliæ ueterum recolentes uulnera amorum
Dulcibus & mœſtis refouent tormenta querelis
Quas inter medias furuæ caliginis umbram
Diſpulit inconſultus amor ſtridentibus alis
Agnouere omnes puerum: memoriq; recurſu
Communem ſenſere reum: q̄q̄ humida circum
Nubila & auratas fulgentia cingula bullas,
Et pharetram & rutilæ fuſcarent lampados ignem
Agnoſcunt tamen & uanum uibrare uigorem
Occipiunt: hoſtemq; unum loca non ſua nactum
Cum pigros ageret denſa ſub nocte uolatus
Facta nube premunt: trepidantē & caſſa parantem
Suffugia in cœtum mediæ traxere cateruæ.
Eligitur mœſto myrtus notiſſima luco

Inuidioſa deum pœnis: cruciauerat illic
Spreta olim memorem ueneris proſerpina adoni
Huius in excelſo ſuſpenſum ſtipite amorem.
Deuinctum poſt terga manus ſubſtrictaq; plantis
Vincula mœrentem nullo moderamine penæ
Afficiunt: reus eſt ſine crimine iudice nullo
Accuſatus amor: ſe quiſq; abſoluere geſſit:
Transferat & proprias aliena in crimina culpas
Cunctæ exprobrantes tolerati inſignia lœti
Expediunt hæc arma putant: hæc ultio dulcis
Et quo quæq; perit ſtudeat punire dolorem
Hæc laqueum tenet: hæc ſpeciem mucronis inanem
Ingerit illa cauos amnes rupemq; fragoſam
Inſaniq; metum pelagi & ſine fluctibus æquor
Non nullæ flammas quatiunt trepidoq; minatur
Stridentes nullo igne faces: reſcindit adultum
Myrrha ueterum lachrymis lugentibus inq; pauentē.
Gemmea fletiferi iaculatur ſuccina trunci
Quædam ignoſcentum ſpecie ludibria tantum.
Sola uolunt: ſtilus ut tenuis ſub acumine puncti
Eliciat tenerum de quo roſa nata cruorem
Aut pubi admoueant petulantia lumina lychni.
Ipſa etiam ſimili genitrix obnoxia culpæ
Alma uenus tantos penetrat ſecura tumultus
Nec circunuento properans ſuffragia nato
Terrorem ingeminat: ſtimuliſq; accendit amaris
Ancipites furias: natiq; in crimina confert
Dedecus ipſa ſuum: quod uincula cœca mariti
Deprenſo mauorte tulit: quod pube pudenda
Helleſpontiaci uidetur forma priapi
Quod crudelis eryx: quod ſemiuir hermaphroditus
Nec ſatis in uerbis: roſeo uenus aurea ſerto
Mœrentem pulſat puerum & grauiora pauentem
Olli purpureum multato corpore rorem
Sutilis expreſſit crebro roſa uerbere: quæ iam
Tincta prius traxit rutilum magis ignea fucum
Inde truces cecidere minæ: uindictaq; maior
Crimine uiſa ſuo uenerem factura nocentem
Ipſæ intercedunt heroides & ſua quæq;
Funera crudeli malunt adſcribere fato
Tum grates pia mater agit ceſſiſſe dolentes
Et condonatas puero dimittere culpas
Talia nocturnis olim ſimulacra figuris
Exercent trepidam caſſo terrore quietem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Q uæ poſtq̄ multa perpeſſus noctē cupido
Effugit pulſa tandem caligine ſomni
Euolat ad ſuperos portaq; euadit eburna.

Finit cupido cruciatus. Incipit biſſula.
Auſonius Paulo Suo ſal.di.

p Eruincis tamen: & operta muſarum mea: quæ initiorum uelabat obſcuritas q̄q̄ non prophanus irrumpis Paule cariſſime: quis.n.te non eius uulgi exiſtimem. Q uod horatius arcet ingreſſu: tamen ſua cuiq; ſacra: nec idem cereri. Q uod libero etiam ſub iiſdem cultoribus: poemata q̄ in alumnam meam luſerā rudia & inchoata ad domeſticæ ſolatium cātilenæ cum ſine metu & archana ſecuritate fruerentur proferre ad lucem caligantis coegiſti: uerecundiæ meæ.s.ſpolium concupiſti: aut quantum tibi in me iuris eſſet ab iuico iudicari: ne tu alexandri macedonis peruicaciam ſupergreſſus. Q ui fatalis iugi lora cum ſoluere nō poſſet abſcidit: & pythyæ ſpecum quo die fas erat patere penetrauit. Vtere igitur ut tuis pari iure. Sed fiducia diſpari. Q uippe tua poſſunt populum nō timere meis ēt intra me erubeſco.

Præfacium de uerſibus biſſulæ: quos ad paulinum miſerat.
u T uoluiſti paule: cunctos biſſulæ uerſus habens
Luſimus quos in ſueuæ gratiam uirgunculæ
Otium magis ſouentes q̄ ſtudentes gloriæ
Tu moleſtus flagitator lege moleſta carmina
Tibi quod in triſti exedendū eſt: ſic uetus uerbū iubet
Compedes quas ipſe fecit: Ipſus ut geſtet faber

Vbi nata ſit biſſula: & q̄uo in manus dn̄i uenerit.
b Iſſula tranſgelidum ſtirpe & lare pſata rhenum
Conſcia naſcentis biſſula danubii
Capta manu ſed miſſa manu dominatur in eius
Deliciis: cuius bellica præda fuit
Matre carens nutricis egens neſciuit heræ imperium.

Fortunæ ac patriæ quæ nulla opprobria ſenſit
Illico inexperto libera ſeruitio
Sic latiis mutata bonis. Germana maneret
Vt facies oculos cerula flaua comas.
Ambiguam modo lingua facit modo forma puellam
Hæc reno genitam prædicat hæc latio

De eadem biſſula laudans eam.
d Elicium blandiciæ ludus amor uoluptas
Barbara ſed quæ latias uincis alumna pupas

Biſſula nomen terræ ruſticulum puellæ.
Horridulum non ſolitis ſed domino uenuſtum.

Ad pictorem de biſſulæ imagine.
b Iſſula nec ceris: nec fuco imitabilis ullo
Naturale decus fictæ non commodat arti.
Sandix & ceruſſa alias ſimulate puellas
Temperiē hanc uultus neſcit manus ergo age pictor
Puniceas confunde roſas & lilia miſce
Q uicq; erit ex illis color aeris ipſe ſit oris.

Ad pictorem de biſſula pingenda.
p Ingere ſi noſtram pictor meditaris alumnam
Aemula cecropias ars imitetur apes.

Decius magnus Auſonius in cathalogo urbiū nobiliū
De Athenis.
Nunc & troiugenis patribus memoremus athenas
Pallados & ceſſi quondam certaminis arcem
Paciferæ primum cui contigit arbor oliuæ
Attica facundæ cuius mera gloria linguæ
Vnde per Ioniæ populos: & nomen acheum
Verſa graia manus centum ſe fudit in urbes.

Idem de carthagine conſtantinopoli & bizantio.
Ite pares tandem memores quod numine diuum
Auguſtas mutaſtis opes: & nomina: tu cum
Bizantina lices: ah tu punicia byrſa fuiſti

Idem de capua.
Nec capuam pelago cultu penuq; potentem
Deliciis opibus: famaq; priore ſilebo:
Fortuna uariante uices: quæ freta ſecundis
Neſciuit ſeruare modum: nunc ſubdita Romæ
Emula: non fidei memor: aut infida ſenatum
Sperneret: an coleret dubitat: ſperare curules
Campanis auſa auſpiciis unoq; ſuorum
Conſule ut imperium diuiſi attolleret orbis.
Q uin etiam rerum dominam latiiq; parentem
Appetiit bello ducibus: nunc freta togatis
Hannibalis iurata armis deceptaq; in hoſtis
Seruitium demens ſpecie tranſiuit herili
Mox ut in occaſum uiciis cōmunibus acti.
Q uo ruerent pœni luxu campania feſto:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Heu nunq̄ ſtabilem ſortita ſuperbia ſedem
Ita potens: opibuſq; ualens roma altera quondam
Comere quæ paribus potuit faſtigia conis
Octauum reiecta locum uix pene tuetur.

De Cathina & ſyracuſis.

Q uis Catinam ſileat aut quadruplices ſyracuſas
Hanc ambuſtorum fratrum pietate celebrem
Illam complexam miracula pontis & omnis
Q ua maris ionii ſubter uada ſalſa meantes
Cum ſociāt dulces placita ſibi ſede liquores
Incorruptarum miſcentes oſcula aquarum.

De Mediolano.

Et mediolani mira omnia: copia rerum.
Innumeræ cultæq; domus: facunda uirorum
Ingenia: antiqui mores: tum duplice muro
Amplificata loci ſpecies: populiq; uoluptas
Circus: & incluſi moles cuneata Theatri.
Templa palatinæq; arces: opulenſq; moneta:
Et regio herculei celebris ſub honore lauacri:
Cunctaq; marmoreis ornata periſtila ſignis.
Mœniaq; in ualli formam circundata lymbo.
Omnia quæ magnis operum uelut æmula formis
Excellunt: nec iuncta premit uicinia Romæ.

De Treueri ſeptimo loco eam ponit.

Armipotens dudum celebrari gallia geſtis:
Treuericæq; urbis ſolium quæ proxima rheno:
Pacis ut in mediæ gremio ſecura quieſcit.
Imperii uires: q; alit: q; ueſtit & armat.
Lata per extentum percurrunt mœnia collem
Largus tranquillo perlabitur amne moſella.
Longinqua omnigenus nectas cōmertia terræ.

De Arletenſi urbe.

Prode duplex arelas: quam narbo martius & quam
Accolit arpinis opulenta uienna colonis.
Præcipitis rhodani ſic interciſa fluentis
Vt mediam facias nauali ponte plateam:
Per quem romani cōmertia ſuſcipis orbis
Nec cohibes populoſq; alis & mœnia ditas
Gallia quis fluitur: gremioq; aquitanica lato

De Narbona.

Nec tu martie narbo ſilebere
Noie cuius fuſa per imenſum quondā ꝓuīcia regnū
Obtinuit multos dominandi iure colonos
Tu in gallia togati nominis prima.

Q uis memoret portus tuos: montes & lacus
Q uis populos uario diſcrimine ueſtis & oras
Cuius tanta moles erat: quantam non ſperneret olim
Tarquinius & getulus & iterum miles cæſar:
Q ui capitolia culmina aurea ſtatuit.
Te maris orientalis & iberi merces ditant
Te claſſes libici & ſiculi profundi
Et quicquid uario curſu per flumina & per freta
Aduehitur; toto tibi orbe nauigat.

De burdegali urbe.

O prima te inſignē dico uiris: morib9: ingeniis hoium
Et procerum ſenatu: uino & aquis.

Burdegallia eſt mihi natale ſolum.
Vbi mitis eſt cæli clementia:
Et irriguæ terræ indulgentia larga
Ver.n.longum & bruma ibi breuis eſt
Subter quoq; iuga frondea feruent fluenta
Imitata marinos meatus:
Q uadra etiam ibi murorum ſpecies:
Sic altis turribus ardua
Vt ſummitantes intrent nubes aerias
Latas habet plateas: & reſpondentes
Indirecta compita portas
Per medium autem urbis fontani
Fluminis alueum
Idem Auſonius.

Diligo burdegalam: Romam colo. Cuius in illa
S. Burdegala. Conſul in ambabus.

Præſbyter Laurentius Caſatia Saluzolius Vercel-
lenſis de laudibus Iulii Aemylii Ferrarii Nouarienſis
ad lectorem.

Oſus erat blaptis: & mendis ſordidus ante
In lucem nitidus nunc redit Auſonius.
Q uod correxit opus noſtri facundia Iuli
Sermonis latii iam decus egregium.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Cuí celebres notí uates: cuí ſydera nota
  Cuiq; oratores: Coſmographiq; patent.
Q uí ueterum ſic geſta tenet: uigilanſq; tuetur
  V t merito dicas tempore geſta ſuo.
Fabricio mores referam? rigidoq; catone
  Dignos: & priſcis uiuere temporibus.
Q uæ noſtro placuere duci prudentia cuius
  Muneribus uacuum noluit eſſe uirum.
Nanq; uiro ſtatuit condigna ſtipendia ductor
  Inuictus magnis maximus ingeniis.
Q uare ſi ſapies lector iam fœdera iunges
  Inuenies ueræ pectus amicitiæ.

Expliciunt ea Auſonii fragmenta: quæ inuida cun-cta corrodens uetuſtas ad manus nr̃as uenire pmiſit.

V enetiis impreſſa per magiſtrum Ioannem de Cereto alias Tacuinum de Tridino. Anno domini. M.cccc. xciiii. die. xi. Auguſti.

Τελοσ.

αυτομιοσ fueram ſolus: νυν χειλε τε κοσμω
  Artificis χειρη εισι τε και φυσει
Τουτεργον cum priſca queat renouare uetuſtas:
  Tum νεοσ antiquis præferet officiis.

Regiſtrum huius operis.

A
Prima alba
aſtari: in
B
AVSONII
Tu quoq;
De lepore
C
Ad pythagoram
V t facias uerbum
D
AVSONII
Tempora
Hæc tu quam

E
κειμο
Iulius: ut
Martius aprilis
F
Q uanq̄ non
DE Monoſyllabis
Et nunq̄ in dubiis
G
V erſibus incomptis
tum ueneris atq;
Sed neſcis
H
Inuidioſa
Biſſula nomen

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES